


NICOLAI BVRGVNDI I. C.
ET PROFESSORIS ORDINARI
CODICIS IN ACADEMIA
INGOLSTADIENSI.

HISTORIA BELGICA.

AB ANNO M. D. LVIII.







PROSTANT ANTVERPIÆ,
Apud Gulielmum à Tongris.
M. DC. XXIX.



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

PRINCIPI

MAXIMILIANO

S. R. I.

ARCHIDAPIFERO

ELECTORI

VTRIVSQVE BAVARIÆ

DVCI

ET

COMITI

PALATINO RHENI





On offendam, MAXIMILIANE Princeps Sereniſſime, ſi hunc libellum ſub nominis Tui Magnitudine exire patiar. Belgium meum cùm feliciſſimum ac miſerrimum ſimul fuit, veluti in picturâ quadam repræſento. Videbis virtutis vitiorúmque certamen. Videbis perfidiam cum fide luctantem. Sectáſque noſtrorum temporum in religionem attollentes ſupercilium. Breuiter, quidquid malorum prorupit

in publicam perniciem, ex æmulatione & inuidiâ Magnatum, Principi suo non satis obedientium. Hæc sunt initia, quibus populus ille distractus est in partes. His caussis inter se nunc commissus, totius Orbis oculos, tanquam ad spectaculum quoddam gladiatorium, in se auertit. Pulchrum tibi erit alienæ gentis calamitates percurrere, vt subditorum tuorum felicitatem agnoscas, quos pestilentissimum hoc sydus nunquam afflauit, in medijs tamen collidentium inter se religionum fluctibus deprehensos. Ego cùm hæc scriberem, non semel inhorrui. In acerbâ illâ miseriarum contemplatione diutiùs hærere non erat animus, nisi reluctantem coëgissent viri magni, quibus nec negare quidquam debebam, nec poteram. Fatigatus igitur forensium occupationum molestiâ, alienas curas in hoc otio deposui, posteritatísque negotium agere institui. Ne autem liber iste iamdiu neglectus, inter quisquilias meas puluerulentus ingemiscat, sub nomine Serenitatis Tuæ manumisi. Vt si liuorem contrahat, inueniat patrocinium: si publicum fauorē,

inter


inter donaria numeretur. Persis olim nefas fuit sine munusculo Reges accedere. Horum exemplo Serenitati Tuæ voueo, quod semper habui inter pignora charissimum. Agnosco enim quo me fauore exceperis, cùm è Belgio euocatum, celeberrimæ Tuæ Academiæ Ingolstadiensi adscripsisti. Sed si quæsissem Fastigio Tuo dignum munus, non inuenirem satis idoneum. Possem equidem in virtutes Tuas ire. Victorias extollere, quibus contumaces inimicorum spiritus confecisti. Sed laudes Tuas tam ægrè admittis, quàm cæteri mortales lubenter audiunt. Virtutis mercedem in conscientiâ facti reponis, solidámque gloriam, nullâ adulatione libatam, à posteritate expectas. Admitte igitur benigno oculo exile monumentum ingenij mei, & hoc donario Serenitatem Tuam adorari patere.

SERENITATI TVÆ

Deuotus

Nicolaus Burgundius.

AD LECTOREM.



Istoriam Belgicam hic habes. Si tempora æstimes, prope antiquam: si res gestas, prope nouam. Multi hactenus prouinciam illam ingressi sunt: sed non omnes fidem intulere quam debebant. Plerisque ad veritatem affectus obfuit. Alij rectis monimentis destituti, rerum alieno æuo gestarum ignorantiâ laborant. Ego sanè polliceri possum, nihil me posteritati imponere. Fidelissimis manuscriptis adiutus sum. Quidquid in Belgicis concilijs actum, ex schedis Viglij accepi: quidquid in Hispanicis, ex commentarijs Tissenacquij. Viri illi falli non potuere. Vterque enim rebus interfuit. Litteras denique omnes percurri, quas & Rex ad Gubernatricem, & ad Regem transmisit Gubernatrix. Ex quibus multa hausi, quæ temporum ratio & ignorantia absconderant. Quisquis hæc leget, nisi malignus esse veliti, bonam fidem æstimabit.

V. C.

V. C.
NICOLAO BVRGVNDIO
IVRISCONS.
Summo, in ſummâ Flandriæ Curiâ
cauſſarum Patrono.
Cum à Sereniſſ. Duce Bauariæ
euocatus ad lectionem Iuris publicam
in Academiâ ſuâ Ingolſtadienſi
ſtaret in procinctu ſuæ
profectionis.

SAt ſcio, Amicitiæ primæua ab origine noſtra,
Et voto docti tempore conloquij:
Quod ſanxêre nouem, noſtri, ſacra Numina, amoris;
Ac cum prudenti Pallade, iuſta Themis:
Non maleſuada tuam penetrauit opinio mentem,
Quæ eneruet Fidei robora firma meæ.
Nam illa; velut ſcopulus contra maris impetum inanem,
Immoto rumpens naufragam vndam animo:
Mutui in æternum victuri conſcia Amoris;
Non per longinqui tædia diſcidij,
Sit labefactari potis: haut per corporum amantum
Vaſtitiem, aut præſens quæ mala languor habet.
Atque adeò ſi quis nigrâ ſit ſenſus in vrnâ,
Viuere poſt mortem hanc experire meam.
Verumetiam vt noſtri quædam extera ſymbola Amoris;
Fidi index animi; ſit tibi, ſitque alijs:
Hoc tibi, BVRGVNDI, huic noſtro adpoſui Monumento
Mnemoſunum; æternæ pignus Amicitiæ.
Nam clueas noſtri licet ingens Belgica ſecli
Laus, vt Pieridum deliciæ & Charitum:

Nec vix

Nec vix in quoquam tibi se æquiparare potissit :
Atque vicissatim me quoque perditè ames :
Connitar tamen (heic faueas mihi SANCE, FIDIq̃.!)
Hanc tibi in hoc stadio laureolam eripere.
BVRGVNDI (quem Astræa, suo cum Præside, MVSÆ ;
Et Pallas curâ perpoliere pari)
Mortale est quodcumque vides : Animæ sed origo ;
In cuius penetrali inlatebrauit Amor
Se ille tui, æterna est : sic nostri mutua nexus
Fœdera ; vt illius vndique pars melior.
Quare etiam frustrà est, nostros tibi vt eloquar ignes.
Nam quì cera potest paruula eos capere ?
Cùm penitæ nequeant vix hoc in corde medullæ.
Tanta meis superat flamma cupidinibus.
Hinc scio nil Pyladis, nil Thesei fama valeret,
Vnanimique nihil gloria Peirithoi :
Illo nos olim si vixissemus in æuo ;
Omnibus ac noster cognitus esset Amor.
At tibi sit semper mens sana in corpore sano,
BVRGVNDI ; ex voto & vita superstes eat.
Missiculataque scripta volent : perfrigeret æstum
Ne inrepens sensim torpor Amicitiæ.
Sed potius (meminens nostri) alternata, requirant
Sæpe, satin' saluæ ? Sic tibi, mique vale.

IEREMIAS PIERSSENÆVS
I. V. D.
in eadem Curia Regis Catholici Consiliarius
& Fisci Patronus
Amico Optimo Maxumo
cum mœrore L. M. Q. P.
ac omnia felicia & beata cum incremento Dignitatis
suæ EX VOTO adprecor
in Maximâ Flandror ipsis Kal. Septembr.
∞. cIↄ. c. XXVII.

NICOLAI BVRGVNDJ

HISTORIAE BELGICÆ.

LIBER I.

FATO generis humani quemadmodum ſiderum, ita & rerum vices circumaguntur. Prima poteſtas in populo multis fuit; quæ citò ad primores flectendo; & ibi fracta diſcordijs, apud reges demùm feſſa conſedit: vnde iterum ad exordium ſuum exoſa reuertitur. Raro gentibus tàm felicia fata ſunt, vt in eodem ſtatu tranquillæ perdurent. Vnúmquodque ſæculum ſua calamitas proſequitur ſimul, atque deponit. Igitur ſemper bella naſci, pacem ſubſequi, marcentem pacem vitia excipere, & hæc ipſa rurſùs vbi proceſſerint in ſumma, iratum numen ad vltionem prouocant. Quippe natura multitudine onuſta

quietis est intolerans. & ob id se velut ipsam accito Marte necessum expurgat: quasiq; renascitur, vt in profundo otio iterùm consenescat. Sed vitæ mortalium dux, atque moderatrix sapientia est, quæ contra omnes casus virtute instructa, impendentia mala ex alto prospicit, minantémque tempestatem immota exspectat. Secura potissimùm, non ob aliud, quàm quòd nihil acerbius accidere videat, quod non aliquandò acciderit. Omnis ætas de sæculo suo queritur, & suum quísque infelicissimum falsò credit; quia suum: hoc est; quòd nulla calamitas altiùs penetret, quam quæ sentitur. Homines cottidiè mutantur; mores hominum in orbem redeunt. eadem fabula sæpiùs, iterúmque peragitur, sub alijs, atque alijs personis. Luxus, fraus, libido, peculatus, & eiusmodi flagitia quæ hodiernos affligunt mores, & olim prona, atquè in aperto fuere. Sed non aliter ad posteros, quàm per silentium veniunt. Quocircà reipublicæ interest scriptores existere. Hi sunt qui famam rerum gestarum longiùs traducunt;

cunt; euentu, præceptísque salubria docent; iniquitati denique temporum constantiâ, vel consilio occurrere. Quippè nemo rectiùs, quàm exemplis instruitur. Proindè operæpretium duxi, aggredi bellum, quo nullum vnquam diuturnius aut acerbius Belgium habuit, tùm conflictu totius orbis Christiani, cùm atrocitate præliorum, & nutatione victoriæ, exercitibus hinc pro religione, & imperio, illinc pro vindicandâ libertate nõ minore animo concurrentibus. Nam qui hæc leget, facilè discet scenam rerum humanarum. Eadem causa, idem furor, eadem rabies primo Gallias inflammauit, mox in Scotiam deflexit inde Belgis incubuit. At mihi principium narrandi facturo, pauca explanare conuenit de statu reipublicæ. Nam & exteris me scribere memini, qui alijs, atque alijs conditionibus regnantur.

Belgica omnis longè, latéque, per Gallias, Germaniámque diffunditur. Cuius non vna gens; sed proprijs nationibus, prouincijs, nominibúsque discreta, in commune Belgæ *Status Belgici breuis descriptio.*

vocantur, aut inferioris Germaniæ populi. Olim in singulis prouincijs imperium fecerant. Imperium dominicum; inde regium, hoc est; legitimum; quoàd vim dominationis priuilegijs frangendo in formam principatus concessit. Summa imperij penes singulos, quos nascendi sors, & promiscua successio, non aura popularis, vel ambitio rebus præposuit. Licentia principum suprà leges. pòst insanis castigata priuilegijs, multorum motuum causam dedit. nunquam satis concordi potentiâ, quæ ad vnum, vel plures, aut omnes tota non pertinet. Insurgentibus enim principibus, populus contra niti cœpit; non passus vim dominorum intendi, quorum iugum iam exuere cœperat. Breuíque ostendit, nullum maius esse priuilegium, quàm carere omni priuilegio, cuius vmbrâ publica tranquillitas sæpe illuditur. Sed hæc ipsa Principes ab initio benignius indulserant, vt immunitatis dulcedine animarent multitudinem ad opificia, & exterarum gentium commercia elicerent. Nec fefellit.

hæc

hæc moderatio dominationis magnum quoque incrementum dedit. Quippè ibi populus, & diuitiæ, vbi & libertas. in tantum breui potentia creuit, vt etiam formidolosa haberetur Principibus suis, nec ijsdem artibus quibus erat elata, deprimi posset. Post multos deinde per ordinem successionis dominos, vniuersa Belgarum sceptra in Burgundicam gentem felicitas transtulit, nuptijs, pactis, successione, & fortunâ ad omnia prodigâ. tunc cùm sub vno spiritu, vnóque rectore, ad terrorem Europæ circumferrentur Belgica signa, statim quoquè popularis licentia cessit, magnitudine potentiæ debilitata, & timore compulsa ad reuerentiam obsequij. simul ad imaginem regni adunatæ prouinciæ, in vnum quasi reipublicæ corpus formámque coaluere. Status autem habitúsque talis erat. Porrò titulo alio, atque alio, omnes tamen vnius nutum intuebantur. Penes eundem pacis, bellíque arbitrium, & administratio erat, Militiæ nomina dabant, non lecti, aut iussi: sed voluntarij. Námque popu-

lus olim ad pacem mitigatus, stipendiorum collatione vacationem redemerat. Lętis Principibus, & augmentum potestatis libenter retinentibus. quippè sordidâ adulatione exoluti, nec à libidine, vel ingenio plebis pendentes, vim armorum, hoc est; materiam facémque seditionum turbidæ multitudinis audaciæ eripuerant. Subsidia & tributa Ordinibus imperabantur, non promiscuo iure, veluti in solutis regnis: sed consensu ciuium, hoc vnum ex imagine libertatis retinentium, vt peteretur, quod negari iure non potest necessitatem æstimantibus. Ordines autem constituebant delegati cuiusque prouinciæ, quos ex ecclesiasticis, nobilitate & ciuitatibus suffragia elegerant. Ærario principis senatus præerat. Finantiarum nomine designabatur. quem duo præsides (vulgo capita nominantur) cum thesaurario & præfectis aliquot cōstituunt. patrimonium, & domesticas principis opes, simul & ingentia tributa curabat. Iudicia magistratibus permissa. Necubi tamen Iustitia gemeret, prouocatio placuit ad supre-

ſupremas curias prouinciarum. Vnde ad Mechlinienſe tribunal à pleríſque recurritur. Gentis proceres prouincijs præerant, gubernaculis vrbium admouebantur, legionibus imperabant, populum in obſequio principis; & ſubinde principem in metu tenebant beneuolentiâ populi diuturnitate victâ. Minorum gentium nobilitas per vrbes ſparſa, atque diffuſa, cum plebe magiſtratus implere, ſuæ quiſque patriæ operam dare, præſidio eſſe, incrementum quærere. Populus ſuis viuebat legibus, pace adultus, commercijs potens, obſequium principi, inter libertatem, & ſeruitutem. Cæterum Carolo Cæſare in longinqua abſtracto, tantum imperium à Mariâ ſorore videbatur aptè regi non poſſe, quam ſi cum multis communicaret conſilium. Senatum igitur excitat, qui de ſtatu rerum, hoc eſt; de bello, pace, fœderibus Principum, præſidiiſque & munitionibus deliberaret, & ob id Concilium Status appellauit. Proceres gentium vt plurimum citrà numerum aſſumebantur. proceres, quòd commilitio Cæ-

ſaris

ſaris aſſueti, tamen procul illo agente ab administratione non excluſi, abſentiam & deſiderium principis per ſpeciem fallerent. gentium verò, ne peregrinorum odia in ſeditionem erumperent. an quòd imperia patientius populus ferat, quæ à ſuis proficiſcuntur? Huic Concilio Princeps præerat, aut Gubernator. Rebus quoque ciuilibus curiam aperuit. Præſidem ei impoſuit. Concilium Sanctius, aut Priuatum nominauit. Priuatim enim cum Principe expendit arcana imperij. Apud Græcos olim apocleti vocabantur. Per hos prouinciarum, vrbiúmque querelæ, atque diſcordiæ plerúmq; dirimuntur, diplomata edicta, & reſcripta, abolitiones quoque, & indulgentias, vt & alia quædam Suprema in Belgio Concilia expediunt, atque omnia ea quæ ſupra leges, citrà tamen iniuriam princeps poteſt. Nec ea potentium dignitas fuit. ſine reſpectu generis, ſine curâ ambitionis, duodecim primo aſſumpti ſunt, quos fama, & virtus, legúmque ſtudium ſupra vulgus euexerat. nunc pro regnantium arbitrio nu-

merus constat. Interiecto Cæsar tempore prouinciarum habenas in filium transtulit, onustus senectute, ægróque corpore, & fessus longâ potentiâ. Philippus ergò inter initia imperij, vim omnem principatus ad se reuocauit. salutari more potentiam repetens, quã subinde proceres assuetudine imperandi ignauis dominis totam eripiunt. Bellum aduersus Gallos supererat, assiduos hostes, & vt ita dicam prope hereditarios. sed quo interim vacuum foret de pace agere, annorum quinquè inducias condixit. Quas paullò pòst Gallus fregit, & manifestius quàm vt à scelere excusari possit. Ingenio velox, pœnitentiâ mobilis, ad pacem, ad bellum perindè subitus. Et núnquam posteà aperto marte, nisi infeliciter dimicauit. scires curæ esse Deo vltionem. Sed mutuis vulneribus fatigati, cũ vtérque sibi confideret, neuter frangeretur ad tranquillitatem respexere; vltimum semper lassis, vel exhaustis refugium. Hinc à pace mihi initium historiæ. sine amore, sine odio partium. quibus hactenùs vitijs maxi-

mè laboratum eſt. Multi ſterilitate litterarum, plerique inſcitiâ genij tàm regionis, quàm populi & reipublicæ; plures tamen religionibus vel infenſi nimis, vel nimis obnoxij. Mihi ſacrorum cultus, quem à maioribus accepi, non adimet libertatem, quam felicitas temporum promiſcuam fecit.

MIↃLVIII *Pax cum Gallis componitur.* Gallus ergò præſentium rerum faſtidium conceperat. Læto amoribus, venuſtíſq; ſtudijs ingenio, & horum loco aduerſa fortuna armorum ſtatìm tædium fecit, & pacē quàm bellum malebat. Similis querulo, quòd tàm frigidè à Paulo Pontifice exceptus fuerat cum Guiſio exercitus. Nec eundem videbat in bellum inſtructum, cuius impulſu cauſáque, pacem ruperat. Et ſine dubio Pontificis ceruicibus vires Hiſpanorum graues erant: at ſi frangerentur, Gallorũ mores ſuſpecti. Proinde (vt fertur) non cauſæ, non ſtudijs partium; ſed nec amori reipublicæ bellũ dederat. contentus inter ſe commiſiſſe reges, vt vtroque laſſato, & ad pacem reſpiciente, Etruriam ipſe, tanquàm adhuc incertæ poſſeſſionis

ſibi

ſibi auferret. Et hinc promiſſa extrahere cœperat, ſatis gnarus, non bello magis, quàm morâ belli Gallos conſumi, qui victoriam omnem in impetu conſtituunt, cuius ſtatim obliuiſcuntur, vbi in externos exundant. Proinde Gallis tàm ingentes conatus in Italiâ fruſtrà expertis, poſtremę duæ clades cum internecione nobilitatis, de ſupercilio eorum multum detraxerant. Sed præcipuus concordiæ auctor Annas Montmorancius, Magiſter equitum, ſeu Franciæ Coneſtabilis, regij exercitus prætor. Sancto-Quintino prælio in Belgarum manus venerat. dein conuento pretio remiſſus, ſpem, & fiduciam pacis, quam captiuus fecerat liber non abiecit. Huic vni viro bellum aduerſus Philippum ſemper diſplicuit. ſolus omnium ſuaſerat Regi, ne feralem Gallis repeteret Italiam, equites ſe tranſituros Alpes, vt pedites inde reuerterentur affirmans. Nec econtra Philippus abhorrebat à concordiâ, ingenio ad tranquilla promptiore, & alienis magis armis,

quàm propriâ voluntate, ad bellum compulſus. Nam & Carolum patrem extinctum accipiens, animum cogitationémque ad Hiſpaniam appulerat. Et hinc procliuior ad tranquillitatem temporum, cuius ante deſiderium conceperat. Sed in pari Regum voto, nemo erat qui prior loqui vellet. Pudebat confeſſione propriæ infirmitatis victorem hoſtem facere. Inerat magnus vtrique animus. & acceſſione Italicarum virium, par iam victori victus exercitus. Cunctantibus ergo publicam calamitatem extinguere priuatâ verecundiâ, Chriſtierna Lotharingi vidua concordiæ mentionem iniecit. Prudens, & virilis animi mulier. Alteri regum ſanguine, alteri per coniunctionem filij annexa erat. ac tùm quidem per finitimorum rabiem expoſita iniurijs, haut ægrè expugnauit, vt conſentirent in colloquium. Actúmque vt circà Idus Octob. Cericampum conuenirent. Cœnobium eſt Ciſtercienſis Ordinis, inter terminos vtriuſque regni. Cardinalis Lotharingus, Ioannes Morueille-

uellerius Aurelianensium episcopus, Annas Montmorantius Conestabilis, Iacobus Albo Sancto-andreæ, tribunus militum siue (vt dicunt) Mareschalus, & Claudius Albaspinæus Secretarius, ab Henrico rege præmissi. & vt cupidiores pacis viderentur, Philippi caduceatores paullò diutius exspectauere. A Philippo autem hi succedebant, Antonius Perenottus Granuellanus Atrebatensium episcopus, Ferdinandus Aluares à Toledo, dux Albanus, Guillelmus Nassouius princeps, Ruygomes de Siluâ Melitæ comes, & Vlricus Viglius ab Ayta Suichemus præses Priuati Consilij. Ante omnia caduceatoribus placuit dimitti vtrimque exercitus. ne proximus armorum strepitus, tàm salutare turbaret commercium. At ne tunc quoquè dilationem Gallus fecit. equitibus domum remissis, pedites in præsidia distribuit. curam deducendorum Germanorum Niuernio tradidit. Nam & Philippus iàm in Atrebatibus exercitum dissoluebat. Magna pro Sabaudiâ contentio fuit. Gallus per successionem

auiæ ad se trahens, & quod omni iure potentius est, præmio victoriæ retinebat. Multum ex aduerso Thomâ Langusco Stropianæ comite, ac Præside Astensi pro Philiberto nitentibus; non armis in hoc contendendum esse; sed forum ex more, legésque respicerent. Nec displicuit Gallis resumere cognitionem. at longè aliud poscebatur, vt paucis ciuitatibus pignori relictis, sua Philiberto restitueretur possessio. Sed hoc ipsum à Gallis contumaciter negabatur. Nec aliter quàm in gratiam Margaretæ sororis Henrici Regis Philibertus posteà obtinuit, quam se in vxorem ducturum spopondit. Tota igitur concordiæ moles circà Caletum fuit. vrbem in Gallico littore positam, multis ætatibus Angli insederant. quæ longa possessio effecit, vt veluti suam constantius vindicarēt. Gliscebat inter partes certamen, & neuter remissurus aliquid videbatur de pertinaciâ: cū Philippus, & ipse de pace desperans, Comitem Feriæ dimisit in Angliam, ad percunctandam vxorem Mariam, an mercari pacem vellet, quę

sine

ſine damno eius componi non poſſet: ſi bellum haberet in animo, nuptijs Eliſabethæ ſororis in ſpem ſucceſſionis regni ſui Sabaudum adoptaret, ad quem iam potiſſimùm detrimentũ omne armorum perueniat. Sed medio tempore Maria deceſſit. cuius mors colloquium fœderis in tempus diſſoluit. Eliſabetha verò ſceptrũ adepta, & ſemper per diſſimulationem dubia, tanquàm alicui nuptura, primùm externis, deindè & domeſticis, poſteà omnibus impoſuit. ſéq; & regnum hac arte egregiè tutata, vbi inuidiã ſuperatã vidit, nuptiarum æmulos ſensìm ſuſtulit. tantáſque gentes, vix hodiè patienter vni viro obedientes, femina, quod mirere, tot annis in profundiſſimâ pace cõtinuit. cui nihil dulcius regno vnquã fuit. quod ne alteri traderet, omne matrimoniũ deſpexit. Sunt qui velint ad nuptias eius intẽdiſſe Regẽ Philippũ. Cuiꝰ rei certũ auctorẽ non habeo. niſi quod Gallos acceperim, ſollicitaſſe ſum̃um Pontificẽ ne gratiã affinitatis Philippo faceret, vel diſturbaret cõſilia eiꝰ. ſed inani ſuſpicione correptos exiſtimo. nec enim

enim Reges alio affectu ſæpius peccant; quibus ſemper formidoloſa eſt aliena felicitas. Cæterùm poſt calend. febr. reſumtæ ſunt conditiones fœderis. Et iam prona omnia fortuna fecerat. Eliſabetha conſilij ambigua, ſed ad ſtabiliendum ſceptrum recèns partum conuenire pacem rata, ſimul metuens offenſam Philippi, quòd ſub initia regni libertatem religionis vulgaſſet, cum Henrico ipſa per legatos de Caleto tranſegit: vt in annos octo Gallis cederet. reſtituerent deinde; vel quinquaginta aureorum millia penderent. in hoc legitimi obſides traderentur. Reſtabant ergo Genuenſes, Coſmúſque Medicæus. inuoluti & ipſi contagio alieni belli. quia ſocietatem Hiſpanorum palàm induerant. alter eorum Senas tanquam ſuas; illi Corſicam repetebant. Nec tam ingentia armorum præmia Gallus ægrius dimiſit, quàm ceperat. vna dies, vna hora, vnus calami ictus tot victorias repentè abſtulit. adeò vt quidam dicerent, ſic paciſci Gallos, quaſi núnquam bellum eſſent habituri. Eliſabetham Hen-

Henrici regis filiam Philippus ſibi iuncturus erat. & hoc pleriſque ſatis videbatur ad ſecuritatem. Prorſus quaſi neceſſitudo fidem tueretur, quam religio non poterat. vſus certè comprobauit, affinitatem principum ad miſerationem erga oppreſſos ſatis validam: inter æmulos, & infenſos odia non minuere. quippe ſpeciem magis amicitiæ, quàm vim retinent, pacémque & bellum æſtimant ex temporum ac fortunæ ingenio. ſed & ſanguinis pignora, ſuorúmque matrimonia, & ſacramentum pro vtilitate ferè diſpenſant. In cæteris iuſtitiam, in regno fidem, aut naturā non agnoſcunt. Leges pacis hæ conuenere.

Pacta Madriti, & Vallicellis inita, firma, rataq; ſunto, niſi aliter conuenit.

Pax ſolida, æternáq; concordia, bonâ fide inter reges tanquam fratres coito; quam non obtentu Turcici fœderis, non alitèr lædere, vel offendere, liceat.

Fidem inuicèm præſtanto Romanæ religionis curam acturos, daturoſq; operam, vt œcumenicum concilium celebretur.

Esto vtrimque præteritorum obliuio. esto liberum commercium. nulli fraudi sit stetisse in partibus. bona in eam causam publicata, vel distracta restituuntor. demtis tamen Neapolitanorum, Siculorum, atque Insubrum exulibus.

Oppida ab hinc octennio capta, vtrimque redduntor. Gallus Theonuillam, Mariæburgum, Iuosium, Danuillerium, Montmedium, Valentiam Insubriæ, eiusq; arces, & castella: Philippus verò Sancto-Quintinum, Hanum, & Castelletum.

Eo statu quo nunc est Terouana restituitor. Iuosium mœnibus nudator, alterutrum munire ius non esto. non arcem, non propugnaculum in proximis mille passibus exstruere.

Ditio Carolatensis, cum Hesdino ad Philippum spectato. Delfinus Galliæ in Crepacordij possessionem admittitor; saluo iure Crunij toparchæ.

Philippus Elisabetham regis filiam matrimonio adiungito. trecenta aureorum millia dos esto.

Ema-

Emanueli Philiberto omnis Sabaudia, transcisq; Alpes redditor. Augusta Taurinorum, Pinarolum, Clerium, Clauaßium & Villanoua loco pignoris à Gallo retinetor, quoad de iure succeßionis pronuntiatum fuerit. interim & Vercella & Asta Hispanorum præsidijs occupantor.

Dux Sabaudiæ neutralis maneto. Margaretam Regis sororem in vxorem ducito. trecenta aureorum millia cum vsufructu principatus Bituricensis dos sunto.

Gallorum Rex præsidium Etruriâ educito. patricij Senenses, alijq; ad Ilcini-montem profugi restituuntor. si imperio audientes fuerint bona his redduntor.

Gallus Corsicam, & quæ in Luguriâ occupat Genuensibus restituito. Genuenses econtra eiusdem Regis amicitiam colunto. militiam eius secutis, & proscriptis pœnam remittunto.

Arx Bullonia Leodiensium episcopo restituitor. negotium Sedanense excipitor.

Lusitana dote maternâ securè fruitor.

Quidquid alteruter Monferrati occupat Guillelmo duci Mantuae restituito. arces & munimenta à se exstructa cuique diruere ius esto.

Maria Borbonia Fano-Pauli securè fruitor, saluis aliorum actionibus.

Gallus intra proximum trimestre prior pacta exequitor. Inde Philippus post alterum mensem fidem praestato. obsides interim tradito.

Is demùm annus III. non. April. Potentissimos validissimósque Reges, veriùs lassauit, bellúmque magis, quàm bonâ fide diffidentiam, odiáque sustulit. In castro Cameracensi condiciones hæ conuenerant. & hinc pax Cameracensis vulgò dicitur. quæ Pontificem, Ferrariensem, Mediolanenses, Etruscos, Neapolitanos Siculos, Genuenses, id est; propè totam Italiam tot annorum bello absoluit. quorum causa, Belgas, simul & Hispanos & Anglos, cum Gallis commiserat. At Senensibus libertatis infeliciter auspicatæ finem attulit. quam plerique exules etiam tùm à Gal-

lo

lo incassum repetentes, sanctitate fœderis repulsi sunt. Cæterùm & Pontifex, & Cæsar, & Electores, tetrarchæ, ciuitatésque imperij; simul Polonus, Danus, Sueuus, Anglus, Scotus, Veneti, Heluetij, Rheti, Sabaudus, Lotharingus, Parmensis, Ferrariensis, Mantuanus, Genuenses, ac Lucenses, breuiter, tota Europa fœderi adscripta. prorsus vt non cùm vnâ gente & pugnatum hactenùs, & compositum: sed in vnâ gente totus Christianus orbis, & concussus, & sedatus videretur. Paullò pòst conditiones Gallus impleuit. Albanum, Auriacum, Egmondanum, & Arschotanum obsides habuit.

Hinc conuersus ad pacem Philippus, primùm omnium paternis manibus ingenti pompâ Bruxellæ parentauit. Mòx nauigaturus in Hispaniam, prouincias ordinat, statúmque reipublicæ componit, ac firmat. Sed eum maximè agitabat, quem cum potestate summæ rerum, ac gubernaculo præficeret. Imperator Ferdinandus pro Archiduce filio haut obscurè ambiebat. Auriacus

MIↃLIX. Stylo veteri Rex Philippus Gubernatricē Belgio imponit.



& Egmondanus rumoribus populi maximè destinabantur. neutrũ tamen in sermone Rex habuerat. non quod factiones metueret ex æqualium inuidiâ, atq; indè discrimen: quamuis hoc quoquè spectaretur. at quià magnatũ potentia, alias grauis, & semper nimia, periculum accerseret; ne quod ex alieno sumerent arbitrio, ex suo deponerent. Cuncta scrutanti, optimum visum, paterno exemplo gentis suæ feminã Belgis imponere. Animus huic sexui quantumuis impotens; tamẽ ad res nouas videbatur meticulosus, ac mollior. Nec dubitabatur, quin tantæ familiæ splẽdor, ac maiestas, tot illustrissimis Belgarum proceribus venerationem incuteret. Secretò agitatum de Christiernâ Lotharingi viduâ, & Margaretâ vxore Parmensis. illa quidem amitæ filia, hæc ex concubinâ soror. alioquìn virtute animóq; & cætera pares, ac fortunâ prorsùs dignâ tanto fastigio. Sed difficiliorem electionem reddebant studia procerum in diuersum accensa. non amore, vel curâ reipublicæ sua quémque spes, vel ambitio impulerat hanc, vel il-

lam

lam suffragijs destinare imperio. Auriacus Lotharingæ fautor aderat: adstrepente vulgi famâ anteferendam esse, vtpote Belgis acceptam, morúmque similitudine propiorem, cui & pacem se debere meminerant. Ille tamen ad longè aliud intendebat. iampridem nec minore ambitu filiæ eius Dorothææ nuptias sollicitauerat. tunc quidem maiorum ornamentis ac stirpe imperatoriâ tumens: mòx pretio suffultus tanti certaminis, & veluti iure exacturus si gubernaculi munus beneficij sui fecisset. Nec segnius Granuellanus Atrebatensium episcopus pro Margaritâ nitebatur, ardore retinendæ potentiæ, quâ hactenùs in aulâ præualuerat. Verumtamen vt consilio suo adijceret robur, Albanum simul in partes exstimulat; promptum suâ sponte, & aduersus Belgas satis obliquum. Erat tunc Philippo frequens, seorsim, & quasi aliud agenti sententias exquirere. quod plerosque reges sapienter factitasse legimus; ne qui in commune rogantur, in gratiam potentiorum consilia

flectant

flectant, aut ſolitâ purpuratis adulatione conſilia dirigant, quo principem ire vident. Albanus ergo pro more rogatus, in expedito regi ſuaſit, *Securitatis intereſſe Margaretam elegi. ſanctimoniâ vitæ, fidéque probatam. cuius filium veluti obſidem, maritum teneret in Italiâ clauſum; & alioquin deſtitutum potentiâ ad occupandum facinus. Lotharingos Belgis finitimos eſſe, & affinitate Gallorum, veteriſq; inimicitiæ recordatione ſuſpectos: Geldriam denique ad ſe trahere. timere ergò ne fiduciâ virium, & fauore populi diuturnitate victo periculum faciant. maximè cùm & iam per ſpeciem amicitiæ proceribus blandiantur. ſacroſanctum principatus arcanum eſſe, neminem aliquem magnum facere, cuius fortunam in poteſtate non teneas. nimiam credulitatem multos perdere. ſuſpectandū ſemper dominantibus qui capax habetur, & imperio proximus. Nec Chriſtiernam accuſari; quamuis vulgi rumore prodigam, atquè alieni æris famâ laborantem: ſed humanum ingenium, potentiæ auidum, ac per fas nefaſq;*

præceps

præceps ad profundam animi cupidinem. Ratio tàm salubris consilij facile vicit, vt Margareta sine morâ euocaretur; tribus subnixa Concilijs rectura prouincias. fatali indignatione Auriaci, qui exinde Granuellano aduersus, sanctissimam hactenùs amicitiæ tesseram fregit, atque inexpiabile odium concipiens, venturæ calamitatis fundamenta posuit.

Prouincias inter Proceres distribuit.

Prouincias verò inter proceres Rex diuisit, vt præter summam imperij, Brabantiam quoque Parmensis haberet. Flandriam, Artesiámque Egmondano tradidit, diuitijs, armísque validissimas. Hollandia Zeelandia Vltraiectum, Auriaco data sunt. nauticus populus, & hanc vnam artem eâ tempestate sibi vindicans, cuius nunc commercium vnus orbis non capit. Frisia, ac Transislania Ioanni de Ligne comiti Arenbergio: Geldria, cum Zutphania Carolo de Brimeu comiti Meghemo permissa. Petrus Ernestus comes Mansveldius Luxenburgum sortitus est. In Hannoniam Ioannes Glimæus marchio

Bergensis missus, adiunctis Valencenis, atque arce Cameracensi. Namurcum Barlaimontio; Insulæ, Duacum, & Orcinum Ioanni Montmorantio Courrurij domino; Tornacum Florentio Montmorantio Baroni Montignæo euenere. In transmosanos Brabantiæ terminos, destinatus est Ioannes comes Frisiæ Orientalis.

Ordinarias equitũ turmas magnatibus assignat.

Ordinarias equitum turmas, (vulgo Ordinantiarum) inter magnates quoquè distribuit. Hodiè nomina tantum, & solatia. olim flos prouinciæ, vires, neruúsq; exercitus. siue numerum spectes, tria equitum millia fecerant: siue robur, omnes electi: siue animos, plerique nobiles habebantur. bello feroces, & ad improuisos impetus prompti, validíque: pace verò in suas quísque domos disparati, ac tributis exempti, ad vsum præliorum sine stipendio seponebantur.

Comitis Hornani & Granuellani dissidium.

Philippum Montmorantium comitem Hornanum mari clasśique Rex præposuit. Ante illum diem Geldriam sub fiduciâ rexerat, & eandem prouinciam porrò affectabat. sed fue-

fuere qui in eo ſuſpectarent artes Granuellani; vt ingenium turbidum, & olim ſibi diſcors, procul amoliretur à republicâ. ac profectò tardè, nec ſine precibus, Concilio Status adſcriptum conuenit. ſeu conſcius rei Granuellanus, ſiue innocens fuerit: tamen ſuſpicionibus odia fouebantur, propemodùm deteriora præteritis diſcordijs. Nam triſtiſſimas inter ſe pridèm ſimultates exercuerant; quarum cauſa hæc fuit. Simonem Renardum Debremontij toparcham Granuellanus detulerat, non ſatis integrâ fide inſolentes inducias cum Gallo pepegiſſe. Et eundem Renardum ob eam cauſam in aulâ ſuſpectum, Carolus Lalaignij comes tanquam ſuum dedecus accepit. Siquidem legationis eius princeps fuerat. Hinc contentio, mòx iurgium. Solitâque contagione proximos, & affines indignatio corripuit. Ante alios Hornanus excanduit; naturâ ſuâ vehemens, & Lalaignio affinis, qui ſororem illius habebat vxorem. ſed poſteà quoquè Granuellanus proprio nomine iram eius

elicuit, aſperauítque. Cum enim ab eo Hornanus quæreret, an ſibi Geldriæ præfecturam relicturus eſſet Rex: & quid, (reſpondit ille) ſi ſciam, an proditurum me putas tibi? Haut dubiè ſuperba vox erat. ſed opinor irato exciderat. Hornanum tamen vehementer offendit. Itaque clàm Granuellanum proſcindere cœpit, actíſque eius obſtrepere, donec in aperta odia erumperent. Contumelia enim in virum non inciderat vt altius abſconderetur per diſſimulationem, vel conſtantia virtutis indignationem concoqueret. Nam ſi diſcuſsâ opinionum caligine verum volimus, aut omninò iniuriam in rerum naturâ non exiſtere, aut in faciente eſſe neceſſe eſt: quia ſapientis animum non afficit.

Philippus Rex Mechliniã proficiſcitur.

Cæterùm ad firmandum religionis ſtatum, comitia Ordinum Gandaui Rex indixit. ipſe ſibi per Mechliniam iter pronuntiat. nunquam ſatis de religione ſecurus, quam ſupremo Concilio volebat commendare. ſatis doctus, mutationem ſtatus in expedito fore, ſi noxiâ ſuperſtitione caperetur populus pace laſci-

lasciuiens, & ad nouandum naturâ propensus: quem magnates armatum occupando, pro suâ quisque vel egestate, vel ambitione, aut vindictâ, pietatis obtentu in principes exstimulant. Proinde magno animo exerceri leges iubet; pœnásque exigi à sectarijs, exutâ omni dissimulatione, & misericordia.

Et pridem Franciscum Zonnium theologum Louaniensem, ad Paulum Pontificem legauerat, cum mandatis eiusmodi; Inualescere cottidie hæreticorum vecordiam, atque vti tabem proximas quásque ciuitates inuadere. de cætero verendum, ne flagrantibus vsquequaque finitimis, ipsa contagio & Belgas corripiat. publicâ circa res diuinas torpedine, & vilescente sacrorum maiestate per sacerdotum incuriam. Remotiores episcopos, vt officia intendant. latius imperium, quàm in ordinem redigant, non genio populi, non commercio linguæ coniunctum. præsentissimum tot malis remedium, singulis prouincijs assignari præsules, ac partito onere curam in angustias contrahere. Ad- *Nouus episcopatus Molitur.*

iecítque libellum. Magnitudo Belgarum continebatur. quot archiepiſcopos, quot epiſcopos deſtinaret: ſedes, opes, iuriſdictionem. In cathedralibus eccleſijs tres omninò theologos, totidémque iuriſconſultos ac nobiles requirebat. Archidiaconos, & archipræsbyteros pro magnitudine imperij. quæ cuncta Granuellanus curiosè deſcripſerat.

Concilium ſtatus reſtituit.

Pòſt hæc ad priſtinam formam reuocauit Concilium Status, quod ſub initia imperij ad ſe retraxerat. Ad huius miniſterij procurationem Antonius Perenottus Granuellanus epiſcopus Atrebatenſis, Guillelmus Naſſouius princeps Auriacus, Amorallus comes Egmondanus, Philippus à Stauele Glaionij dominus, Carolus baro Barlaimontius, Viglius Ayta Suichemus aſſumti ſunt. Atenim ſecretis codicillis imperat Gubernatrici, in perplexitate rerum & reliquos Aurei Velleris equites in communionem adſciſceret. Concilium ipſa cogeret, quoties videretur, ipſa præeſſet, ſuffragia exquireret, ſequeretur, aut ſtatueret, non quod plures ſentirent; ſed quod putaret optimum

mum. nunc cum paucis, aliquandò cum omnibus, sæpe cum multis, semper tamen cum Granuellano deliberaret, è Finãtijs subinde ac Priuato Concilio vires aduocando. Sic nihil temerè, omnia tutò agi. singulos falli posse, neminem omnes decipere. Gomesium quoq; Figueroam Feriæ comitem Concilio Status adscripserat, & in Belgio relicturus erat. Sed nescio quo fato mutauerit consilium. Procerum arte factum dicitur; maximè inuidiâ eorum penes quos auctoritas, & si deijcerentur externi, plus potentiæ sperantium. Nam vt primùm Ordines Gandauum conuenere, non vno prætextu alium ab alio diuersos admonebant, *ne sinerent prodi libertatem publicam. Peßimo consilio subiugari prouincias. Externorum dominationem sensim insurgere. adeone effœtam patriam, vt reipublicæ senatum suppeditare nequeat? an prouincialium fides periclitatura esset, nisi in Concilium peregrini veniant? Comitem Feriæ senatui Status adscriptum. Quantum abesse, vt omne prouinciarum regimen Hispa-*

Ordines Prouinciarum instigantur à proceribus.

Hispani in se transcriberent? à patrijs honoribus Belgas excluderent? & ad similitudinem victarum gentium cunctis imperarent? Primas dominandi spes in modico. vbi semel processerint paullatim insurrecturos, atq; ad se tracturos omnia. Quid enim illis cum his prouincijs? nisi vt arcana imperij scrutarentur, ac dominandi licentiam à suâ cupiditate in patientiam Belgarum transferrent? sensimque populum assuescerent, non tam Regi absenti, quàm genti seruire in quâ Rex degeret? adesse Hispanicas legiones, & in præsidia distribui, tanquam sua patria Belgis tutò credi non possit. à prouincialibus stipendia exspectare. & sic nullum tributorum finem fore, manentibus semper exigendi & conferendi causis. nempe vt quod nunc voluntatis, & liberalitatis esset, in necessitatem, dominiúmque verteretur. pudendum sibi, pudendum populo seruitium; cum nihil ciuium oculis nisi Hispanicum occurret, atque omnia externa. Meminissent ergo missionem exposcere, iampridem promissam. Et hoc potissimum

mum Ordinibus conuenire. Pronis auribus hæc accepta.&certatim inclinatio animorum sequebatur. Inflammantibus insuper Antverpiensium querelis. Nam & Atrebatenses aduersùs insolentiam militum orabant auxilium.cęteris quoq; promissam missionis spem in suum ludibrium recedisse murmurantibus. Igitur inter se de remedio consultabant. Præsentissima materies ad resoluendam vim principatus, cuius rationem quam singuli nō audent, omnes exigunt; & nihil magis vnquam dominantibus displicuit, quam ex totâ gente concilium. Fremebant omnes tuendam libertatem. Plerisque addentibus, si promissa missio non procederet, reuocanda esse tributa in decem annos indulta. Alij reuoluebantur ad priuilegia sua, & hoc ipsum acerrimum telum aduersus licentiam principum.

Philippus interim Rex magnâ curâ iusta persoluebat manibus Henrici Galliæ Regis, paullò antè miserabiliter extincti. Inter ludos hastiles cum comite Montgomerio III. *Rex Philippus Galliæ Regi parentat.*

cal. Augusſt. concurrens, dextro oculo vulnus acceperat vnde ſtatim ex equo collapſus exanimis, ſequentibus nonis exſpirauit. Cuius morti Philippus ingemuiſſe dicitur. ſed & Andream Veſalium, de ſalute eius ſolicitus, in Galliam dimiſerat. Erat enim nobilis medicus, Philippum ſequens, natione Belga, qui non ſolùm illius ætatis genium; ſed ferè omnes ante ſe mortales humani corporis peritiâ ſuperauit.

Aurei Velleris equites creat.

Hinc aurei velleris ſolemnia Rex celebrat: in cuius Ordinem aſſumpti ſunt Franciſcus Rex Galliæ, Guidobaldus à Monfeltre dux Vrbini, Marcus Antonius Columna dux Paliani, Philippus Montmorantius dominus Hachicourtius, Balduinus Lanoius dominus Tourcoignij, Guillelmus Croyus marchio Rentei, Florentius Montmorantius baro Montignæi, Philippus comes Lignius, Carolus Lanoyus Princeps Sulmonenſis, Antonius Lalaignius comes Hoochſtratanus, Ioachimus baro Nieuhauſius Cancellarius Bohemiæ.

Ingreſ-

Ingressus indè conuentum Ordinum ex more suo pauca locutus est, sed sermonem eius Granuellanus excipiens, eiusmodi verba fecit. *Optandum erat Regi, partâ iam pace frui posse, ac vobiscum vnà diutius in commune consulere. sed nutantia alibi sceptra inuitum abstrahunt. Hispaniæ nouo Cæsaris imperio non sat firmatæ, sine Rege diutius esse non possunt. Seditionis consilia apertiùs agitant, quàm aut fallere possint, aut contemni debeant. Præsentia maiestatis haut vllo negotio dissipabit periculum adhuc incipiens, cæteroqui fortè noxium. Vos interim nisi spectatos haberet, hortaretur ad constantiam. Sed nec vestri mores, nec fiducia eius patiuntur. Dubitare nefas, similes adhuc vobis, id est, an Belgæ sitis. Fidem, & obsequium, nec per metum hactenùs retinuistis. Quam cæteræ nationes in Principe fortunam, vos in fortunâ Principem reueremini. Sed hæc laus ita manebit inculpata, si fœda sectariorum contagio non obliteret: nec id*

Oratio Granuellani ad Ordines Prouinciarum.

vestro; sed rei vitio, quæ sine concussione status non inualescit. Reliqua scelera nocent singulis. hoc vnum armatum est in pernitiem vniuersi. Aliorum exitus vos docere possunt, quàm fragile sit imperium quod religionis turbine quatitur. Remissio legum Germaniam perdidit. Prouidendum vobis est, ne eadem indulgentia & Belgium corrumpat. vt tolli sectarij possint, puniendi sunt. Bonis nocet qui pepercit malis. remedium erit in cæteros, si vnus, atque alter in exemplum veniat. Enimuerò Princeps edicto pridèm intonuit. sed peccauit, si in hoc leges dedit, vt per silentium, & secordiam iudicum populus disceret licentiùs transgredi. aut exercendæ pœnæ sunt, aut impares eritis flagitijs. Et quidèm si satis esse crederet supremis Concilijs hoc ipsum mandasse: hodiè solicitudinem, fidémque vestram nequaquàm imploraret. sed in magno discrimine non satis prospicitur. Nimium firmari non potest cui sceptra nituntur, & imperia seruiunt. De cætero, in omnem ipse partem sic prospexit, vt nisi quod sine illo eritis, abesse non

sen-

sentietis. Et quoniam Sabaudo ad sua regressus est, Margaretam sororem in duos annos gubernaculo substituit. Carolum filium daturus vobis erat, si eius esset ætatis, quâ librare posset imperij corpus tot periculis septum. Belgam tamen legit, recturam Belgas. ita vt quotiès discrimen impenderit, coram eundem habituri sitis & Principem, & imperatorem. Nec antè ab illo, quàm à periculis destituemini. Vos interim cultum, & reuerentiam quam debetis Principi, deferte gubernatrici: & quanti illum facitis, in hac ostendite. Reliqui veneratione, & silentio; Syndicus Gandauensis (quippe sic conuenerat) Ordinum nomine gratias egit beneuolentiæ Regis. *Cæterùm*, inquit, *idem animus futurus est tuis qui fuit semper, ad religionem constans, quia pro Principe pertinax. Et tamen Deus auertat nefas. interim si irruperit, paratos habebis vltores. Scimus quidem quod nec id ipsum imperaturus fueras, si in tuâ esset potestate, sollicitudini, quàm voluptatibus, otióq; mensuram ponere. Quippe hactenus & reli-* *Ordinum responsio.*

giosi legum custodes, & acerrimi vindices sumus. Veruntamen constantiam nostram paullò antè extulisti suprà mortales. Pudori nostro graue praconium: sed ex affectu tuo natum. cuius fiduciâ audebimus petere à maiestate tuâ, vt alienigenas elimines, qui tanta laudis gratiam inutili morâ infringunt. Quid obsecro ad hanc rempublicam peregrina nomina? nunquid nos vt catera nationes inconstantia, aut stoliditatis arguant? Ac ne externo quidèm opus prasidio in pace sedentibus. fides nostra faciet vt stabile, firmúmque sit imperium. Beneuolentia populi optimus regni custos. Vanum est in pace alere, propter quod pacem fecimus. sic lenior pace Mars erit. quia tum necessitas patientiam acuit, in tranquillitate calamitatibus succumbimus. An externos credis temperaturos ab iniuriâ, quos prasentia Regis sui in modestiâ non continuit? ecce Antverpienses, Atrebatenséque, & Cameracenses de vi conqueruntur. Theonvilla, ac Marieburgum de-

serta

ſerta oppida. Pacem verò feciſti, non vt ibi ſolitudinem relinqueres, quæ tamen ex magnâ parte manebit, ſi depopulatores iſtos non eduxeris, Belgica præſidia imponens. Fortè tamen Gallorum inconſtantiam, iam ante proſpicis. Rectè id quidem. ſed fama longè bellum præcurrit. Interim quid attinet magno ære peregrinos redimere, in alieno ſemper rapidos; & tanquam mox abituros, ſpolia intendentes? ſuperſunt validi Belgarum manipuli. hæc ſunt præſidia, quorum virtuti Cæſar grauiſſimis temporibus rempub. credidit. cur iam damnetur illorum fides, quam per tot ſæcula inuiolatam præſtitere maioribus tuis? tantiſper autem bellum protrahent, donec externæ gentes ſub ſigna conueniant, aut è proximo concurratur ad auxilium. Fulminatus eſt Rex improuisâ expoſtulatione, admiratúſque nouitatem exempli, iraſcereturne haut facilè dixerim. Nec dubio, arcana imperij tentari ſenſerat. confeſtim tamen de-

descendit è solio. Dixisse quidam ferunt, num & se exesse vellent, qui Hispanus vtique sit. simul extra curiam se proripuit. Nulla tamen postea iracundiæ signa ostendit. Dux Sabaudiæ peruicaciam Ordinum verbis castigauit. Nam in illum diem vicarium imperium gesserat. Et *mirari se aiebat tam procaciter interpellari principem, qui præteritis comitijs fidem præstitisset suam. certiora pignora dare non posse. pollicendo sancire Reges. nec eorum aliam esse cautionem. Detur ergo iustum esse quod peterent, interim non frustrari desideria Ordinum. tantùm exspectarent in alterum vel tertium mensem, saltem donec in Hispaniam venisset Rex, vbi stationes & hyberna assignaturus est legionibus, quæ præsens locus ostendit melius.* Serò quidèm Ordines pœnituit, iracundiam Regis veritos. Sabaudum tamen hortati sunt, vt causam prouinciarum ageret.

Rex è Belgio soluit & in Hispaniam nauigat. VII. calend Septemb. Vlissingâ Rex soluit. Comitem Feriæ secum vnà reduxit. & ne quam querelæ materiam, procul se agente, in

in prouinciâ relinqueret, externorum præsidia post sextum mensem in Italiam reuocauit. arcésque & gubernacula ciuitatum prouincialibus tradidit. In comitatu eius pauci è Belgis fuere. Hornanus classi præerat. Carolus Tissinacquius à consilijs Belgicis futurus Regi: Iodocus Corteuillius à secretis.

Hinc varij sermones per omnem prouinciam. plerisque laudantibus Regem, plerisque arguentibus, prout cuique amor, odium, aut ingenium erat. Prudentiores tamen causam abcessus, statúmque reipublicæ expendebant. Regem quidem necessitate actum in Hispaniam velificasse, quæ tot sceptra magnitudine caperet: vnde Italiæ commodè prospici, Indiæ contineri, atque ex opposito Barbari compesci possint. Seditiones verò obtentui sumptas, quò facilius imponeret populo, cuncta rapienti in deterius. Neutiquàm tamen res in Belgio tutas esse. turbari facilè ac misceri posse, principe in Hispanijs continenter agente, crudóque ad longinqua imperia. qui non sæculi vitijs,

non ingenijs hominum æſtimatis, arces, præſidia, ciuitates, prouincias, hoc eſt; præmia defectionis optimatibus prodidit. Quid enim ſequetur, niſi vt populus in vnius Regis ſui reuerentiam antè intentus, nunc propiore ſpe, atquè vtilitate ſuis præfectis velutì principibus ſenſim aſſueſcat, ac conſurgendi fiduciā, viréſque ſufficiat? Formidabiles re verâ quorundam opes & hos quoquè in Concilium Status adſcitos, vt intutæ potentiæ adijcerentur vires publici conſilij. Sapienter eos dixiſſe, qui ſuaſiſſent Regi, vt ſuæ gentis Proceres aliquot, quorum fortunam haberet in manu, cum auctoritate in Belgio relinqueret; qui Procerum acta ſpecularentur, & non ſibi, ſed Regi cogerent adminiſtrare rempublicam. Æquum fortè multis videri, vt Belgæ relinquantur legibus ſuis, ſine peregrino magiſtratu, ſine externo exercitu. ſed hæc ipſa in prouinciarum perniciem quandoq; redundatura, otij ebrietate, ac longâ pacis ſegnitie.

MDLX. *Stylo veteri,* Profecto Rege Luxuriare cœpit Belgica felicitas. creſcentibus ſenſim diuitijs quibus

ſecura

ſecura pax viam aperuit. Diuitias autem ſua excepere vitia; hoc eſt, ſuperbia, laſciuia, luxuria priuatorum, & magnificentia principum. Inter Proceres ſtatim gliſcebat æmulatio: quæ præſentiâ Philippi Regis haut ægrè compreſſa, eodem abſente ſine retinaculo erumpebat. Plerique Granuellano infenſi, criminabantur potentiam ſibi grauem, multis nimiam. Et primò quidèm Simon Renardus multò antè diſcors, veteres inimicitias animosè exercebat. Sed non vltrà, quàm vt actis eius contradiceret. Tacitis adhuc cæterorum odijs, & manente in ſpeciem concordiâ; donec Egmondanus atrocius erumperet. nullâ vetere irâ: ſed irritatus, quod Helfautij toparcham, ad Heſdini præfecturam Granuellanus extulerat; adhibitis aulæ artibus; quas optimi principes & declinant ſemper, & incurrunt. Iuſſerat Rex inter alia imperij decreta; vt ad vacua, & honorata miniſteria, à gubernatoribus prouinciarum

Initium diſcordiæ inter Proceres.

nominarentur tres, è quibus posteà iudicium sibi, & electionem permitterent. Egmondanus ergò totidèm repræsentaturus erat Regi. Quippe Hesdinum Artesiæ oppidum gubernaculo eius suberat. sed vt quarto loco, atquè extra ordinem Helsautium adscriberet, precibus Granuellani dederat; spondentis quidem, non ob aliud se id velle, quàm vt Helsautius splendidâ repulsâ Regi notus, ad futura momenta reseruaretur. Detecta fraus obliquis animis accepta. sed amicorum adulatio indignationem auxit, inserendo sæpius querelas, & ambiguos de Granuellano sermones. Clientes quoquè maledicendi licentiam insolentius efferebant; ad læta, & tristia Procerum perindè semper compositi. Nec deerat Auriacus inueterato odio æstuans: Sororem Ducis Saxoniæ acceperat vxorem. & has ei tedas vt infaustas reipublicæ, & religionis exitium portendentes Granuellanus exprobrauerat. Adhæc Lazarus Swendius homo Germanus, Auriacum in gratiam cum Egmondano reduxit. vt qui ante illum
diem

diem inter se discordes, conspiratis animis Granuellani potentiam destruerent. Nam & ipse Swendius armis inclytus, & magnatum amicitiâ subnixus, remoto Granuellano altiorem fortunam præsumebat animo, hunc vnum sibi credens ad fastigium officere.

Tali rerum statu, cùm offensi proceres ad vltionem spectarent, nouorum episcoporum fama adfertur. Res haut dubiè saluberrima, & à multis retrò principibus frustrà agitata. quam plerique secordiâ, plures bello retenti, Cæsar quoque ob consanguinitatem amicitiámque circumsedentium antistitum extraxerat, Philippo filio quasi per successionem tradens. Indignum ratus alienæ gentis episcopos, longum & secors in suos exercere imperium. Atque eâ tempestate in Belgio quatuòr omninò episcopatus. Atrebatensis ex olìm. Tornacensem, Vltraiectinum, & Cameracensem diuersæ principum pactiones adiecerant. sed tot simul prouincijs pares illi esse non poterant. Externi deinde Archiepiscopi his imminebant, qui salubria illorum

MDLXI. Stylo veteri

Noui episcopi instituuntur.

decreta turbare aut euertere consueuerant. Igitur Pius Quartus Pontifex Maximus, re cum septem Cardinalibus deliberatâ, in tres archiepiscopatus discreuit prouincias. Designatæ sedes, Mechlinia, Vltraiectum, Cameracum. E quibus Mechlinia dignitate eminentior, sex complecteretur episcopatus: Antverpiensem, & Siluæducensem in Brabantiâ: Gandauensem, Brugensem, & Iprensem in Flandriâ: Ruremondensem in Geldriâ: Quinquè episcopi Vltraiectino submissi; Harlemensis in Hollandiâ; Middelburgensis in Zeelandiâ, Leeuwardensis in Frisiâ: Dauentriensis in Transislaniâ, & Groeningensis. reliquæ prouinciæ linguâ, sitúque Gallis affines, quatuor episcopatus sub imperio Cameracensis explebant. Atrebatensem, & Audomarensem in Artesiâ, Tornacensem, & Namurcensem. Reliquum erat vt nouæ dignitates honestis opibus instruerentur. Frequens curia sub Paulo Quarto Romæ decreuerat, proximorum monasteriorum decimis tria aureorum millia detrahi. Deinde repertum

tum, vt expunctis abbatibus, episcopi substituerentur. Eius consilij auctorem Granuellanum fuisse inuidia ostendit. Et sinistra de monachis fama, Pij Pontificis assensum facilè attraxit. Præsidentibus enim episcopis, in ordinem redituri credebantur, qui solutis vetustate moribus, sanctissimam maiorum disciplinam corruperant. Præpositúsque Granuellanus ei curæ, proxima quæque monasteria corripuit. Forte eâ tempestate Affligemium, sanctúsque Bernardus & Tongerloa abbates non habebant, & circa eligendi successoris consilium intentos, Mechliniensi, Antverpiensi, & Siluæducensi assignat. Nam & Donsanum Brugensi, & Martinianum Iprensi, & Egmondanum Harlemensi, Margarittanúmque ac Liddanum Leeuwardensi, Bertinianum, sanctúmq; Gerardum Audomarensi atque Namurcensi ità addixit, vt quamdiu superuixissent abbates priorem opulentiam complecterentur, episcopis interim dotem conferrent. Gandaui S. Bauonis Præpositura erat, magnis opibus florens; nec multò diuitijs infe-

inferior S.[ti] Læuini Præpositura Dauentriæ pollebat, quas vtriusque vrbis episcopus ad se retraxit. Archiepiscopatus Mechliniensis Granuellano cessit. Antuerpia Philippo Nigri destinata: Sonnius Siluæducensibus præficitur: Cornelius Iansenius theologus Louaniensis Gandauensibus: Petrus Curtius Brugensibus: Guillelmus Damasi Lindanus theologus Ruremondensibus: Fredericus Schenc à Tautenbergh, Vltraiectum retinuit. Harlemum Nicolao à Terra-Noua: Dauentrium Ægidio de Monte Franciscano: Leeuwerdia Cunero Petri à Brauwershauen; Groeninga Ioanni Cnifio Franciscano euenere. Nicolaus à Castro Abbas Præmonstratensium Middelburgensibus imponitur. patrimoniúmque omne cum monachis partitus, abbatiam transtulit in cathedralem ecclesiam. Maximilianus à Bergis Cameraci relictus est: Carolus Croyus Tornaci. Franciscus Richardotus Burgundus Granuellano Atrebati successit. Namurcum Antonio Hauetio Dominicano; Audomarum Gerardo Hamericour-

courtio abbati Bertiniensi contigit.

Hanc mutationem rerum aduersus rumor excepit. quem pro diuerso animorum motu multi explicabant. Procerum pars Granuellano infensa, & adeptâ materiâ ad criminationem vertebatur. Inde & contagionem attraxit nobilitas magnis potissimùm domibus annexa. Nam promptissimus quisque adulatione, & obsequio, honoribus colebatur. sed & populus statim exarsit, irritatus acerbo multorum sermone, vagis auctoribus sparso, tanquam in priuilegia impingeret Rex, quòd sine Ordinum consensu eiusmodi nouitatem induceret. aliud specie præferri, aliud re agi. Granuellanum hominem arrogantem & Hispanis obnoxium; ac Hispanos dominationem cogitantes, hæc ipsa moliri. qui per artem intruderent episcopos, vt atrocitatem Inquisitionis inferrent. Nec dubitabatur, quin confestim tres theologi nobilésque & totidem iurisconsulti in cathedralibus ecclesijs ad canonicatus subueherentur. Duo ex his Inquisitioni præfuturi

erant. Inquisitores vocarentur. reliqui verò Assessores. quippe ea cuncta Romani Pontificis diploma promiserat. Credulitatem iuuere monachorum querelæ, in deterius cuncta trahentes. & has passim iactas, temerè creditas, inquieta multorum, & fœcunda rumoribus ingenia, cottidie in auctius differebant. At profundâ irâ Auriacus Proceres alium ab alio diuersos aggrediebatur, nouorúmq; episcoporum consilium arguebat. simul & Granuellanum onerabat ingenti inuidiâ. Erat enim ingenio solers, & demerendis hominibus apto. splendore familiæ, iuxta opibus potens, quamuis plerumque falsa, & inania ingereret, tamen cum fide audiebatur. Quippe multis opinionem fecerat penetrasse se in arcana Regis, cuius innocentiam modestè criminabatur; fluxam illi fidem, nec Principe dignam. peregrinis consilijs imbutum, & Granuellano obnoxium, in summo imperio, non nisi imperium cogitare. Inde plerique fastidire Regem, cùm potissimùm iactaretur, abrogationem priui-

priuilegiorum imminere à Principe Belgis infesto, in quorum exitium Inquisitionem induceret. Multi proinde Granuellani acta propius expendere, amicitiam, congressum, familiaritatem exuere; Qui contra nitens, & spernendis rumoribus validus, archiepiscopatum Mechliniensem nihilò segnius auspicatum ibat. Annotauere curiosi, neminem ex Proceribus extitisse, qui honoris causâ obuiam processerit. siue tamen neglexerint, siue aspernati sint officium honestatis, noui sermonis irritamentum fuit.

Sed eum paullò post in Ordinem Cardinalium Pontifex adoptauit. Galerum autem ipse Rex transmisit purpuratorum insigne, vt eminentiâ dignitatis Proceribus æquatum inuidiæ subtraheret, quem fastiditum omnibus iampridem cognouerat. Nec ideò tamen inuidiam imminuit. adeo difficile est hominibus conceptũ semel odium exuere, cuius nullus est modus, cum semel terminum transierit. *Granuellanus in Ordinem Cardinalium assumitur.*

Cæterùm antehac nihil adhuc aduersùs religionem proruperat, metu legum, *Sectarij studia sua.*

 quas

quas olim inexorabiles, infesta Procerum dissidia resoluebant. Externorum commercia non paucos Belgarum corruperant. & hi episcopos insectandi specie, subinde religioni & cæremonijs illudebant. Iam enim mortalium omnium odia in episcopos se conuerterant. Execrabatur eos populus, vt Inquisitores; fastidiebant ecclesiastici, vt seuerissimos morum censores; monachi denique, vt bonorum suorum raptores. idem omnibus questus, ex causis diuersis. miscentibus sese sectarijs, atq; animis multitudinis tædium pristinæ religionis, simul & studia sua insinuantibus; propter libidinem talia loquendi impunitam, cuius exemplum Proceres fecerant. nullum enim populo maius momentum ad virtutes aut vitia, quàm inclinatio Principum, ad quorum mores cæteri componuntur. Hinc ad hæresim ne sibi quidem satis notam inclinari cœpit. occultis primùm studijs, & ob id nocentioribus. Donec alijs scrutatis, pluribus conscientiâ obstrictis, & vbi aderant vires, in parte religionis fuit publicare flagitium. Pri-

Primus furor Tornaco erupit circa calend. Septemb. è secreto & latebris in apertum prodijt. Incolas eius ciuitatis ius commercij Gallis potissimùm miscuerat, corruperátque. sed non aliud adhuc quàm psalmos more suo noctu modulabantur. audaciâ tuti, quam tenebræ absconderant. Accessit deinde ad impetum nouitatis Matthæus Launoy, homo ingeniosè malus, & præstigiatori similis, prurientibus facem subijciens. Is apud Caluinum adoleuerat à primâ ætate, & in illâ scholâ studiorum suorum rudimenta posuerat. Tornacum inde accitus, multos eloquentiâ seduxit, cui speciem pietatis intexuerat. Emptæ furtìm mulierculæ fanaticum morbum mentiebantur; quæ deinde mimicam sanitatem acceptum ei ferebant. His potissimùm commentis auctoritatem astruxit. Nam è proximis vrbibus, pagísque, & vndique effundebantur homines tanquam ad miraculum. Et fuere qui sanctitatis famam ei circundarent. ne quid deesset mendacio, centones vestium

Sectarij insurgere incipiunt.

in religione habebantur, quas pro reliquiis ignari colebant, & profanâ manu contigisse in parte felicitatis reposuerant. Nec deerat ipse cohortari singulos, adire municipia, vbique adesse, Ministri munus exequi; neque iam occultò; sed propalàm: nisi quòd adhuc concionaretur in siluis, abditísque saltibus audaciam concluderet. Munia quæ ipse non poterat obibant discipuli. qui non minori imposturâ rudem populum ludificabantur. sed non occultum diu mendacium fuit. Fanaticæ illæ mulierculæ, promissum operæ suæ pretium exigentes; & cùm negaretur, laruam omnem detraxere. Ne quis à nobis ficta hæc esse crederet, ipse Launoi libello vulgauit. quippe postea redditus est Romanæ ecclesiæ; vanæque credulitatis vestigia sustulit. Paullò tristius Valencenæ conflagrauere, Philippi Mailart, & Simonis Faueau vecordiâ accensæ. obscuri & ex vltimâ plebe homines Ministrorum prouinciam assumserant. sed flagitij comperti, conduntur in carcerem.

ægrè

ægrè id ferebant ſectarij. totâque nocte per forum & tenebras lymphantibus ſimiles volitabant, clamoribus turbidi, & pſalmorum cantilenis in vernaculum numerum traductis laſciuientes. Sed nec abſtinebant minis in prætorem, cuius aures crebris verberabant iniurijs. ſimul auxilium afflictis ſpondebant. Nec magiſtratus obuiam ibat. plurium veſania audaciam excuſſerat. & inconſultâ gubernatrice, cum periculo ſeditionis incipere nemo audebat. Parmenſis re cognitâ animosè leges exerceri iubet. Itaque primores ciuitatis in curiam coeunt, quam compleuerant armatis; ac ne effuſa opificum turba ſeditionem faceret, primo diliculo reos traducunt ad publicum iudicium. Ingens multitudo ad rogum concurrit, quem in foro excitauerat lictor. Iamque eò quoq; damnati producebantur; cùm à pleriſque lapidatio vrgeri cœpit. deindè ira peruenit in rabiem. impetúque facto audaciſſimi quiq; violentis manibus rogum diſſipant. itum inde ad damnatos, quos lictor tumul-

tumultu in carcerem timidus retraxerat. effractis foribus vincula rumpunt, carnificúmque manibus in præsens noxios eripiunt, vt paullò pòst vecordem spiritum dignò redderent supplicio. Igitur venere iudices extra ordinem à gubernatrice. præsidium militare ex proximis hybernis vnà transmissum. Ferocissimorum sanguine expiatum est facinus. cæteris autem mens obtorpuit, iam attonitis, & sibi metuentibus. vt facilè appareret vim populi in multitudine perniciosam: sparsam verò, atque solutam impune contemni.

Hæc impendentium malorum initia, seu portenta erant; reliquis gentibus fortasse terribilia: Belgis tamen non intelligebantur. Tanta animorum obstinatio fuit. Immemores alienæ calamitatis, sibíq; imminentis, turbari religionem malebant, quàm non arcere episcopos, quos etiam vltrò in remedium expetere debuerant. At illi nihilominùs ad destinatas sibi prouincias accingebantur. Flandri, & Audomarenses haut ægrè admisere. Sil-

re. Siluæducenſes, & Harlemenſes parumpèr commoti ſunt. Reliqua Brabantia vt ad iugum inhorruit. Fortè Ordinum frequentiam ſolita tunc comitia Bruxellam contraxerant. Ibi abbates identidèm ingerebant; *maiorum mores, & priuilegia pollui. epiſcopos in cœnobia intrudi; haut aliâ cauſſâ, quàm vt primo loco ſederent in comitijs, prouinciarum vires ſpecularentur, principúmq; petitionibus menſuram ſtatuerent ex ſuâ libidine: Denique vt nihil liberum, nihil ſincerum amplius eſſet in Ordinibus. Quem enim in comitijs liberam vocem exercere, quem recuſare aliquid, aut hiſcere contrà auſurum? imminentibus ſuprà caput epiſcopis, cuiúſque nutum, verbáque notantibus? aut adulandum fore illis hominibus, aut ſpem honorum in poſterum abijciendam; quando nemo deinceps ad magiſtratus, quàm per epiſcopos perueniret. Iam rectores illos in aula voluptatibus habitos, fractóſque, à monaſticâ diſciplinâ prorsùs abhorrere. & hoc nihil aliud eſſe, quàm perturbationem Ordinum, & confuſionem ſacrorum*

ſtiano quæſiuiſſe. nec laborare de iure, ſi leges valerent. Nunc cùm imperio agere-tur æſtimare neceſſitatem. Si tamen Ordines ſecum miſcerentur, fiduciam ponere in benignitate Regis. qui non ſuâ voluntate; ſed paucorum ambitione circumuentus tranſiſſet in hæc conſilia. Illum Ordines adirent. omnium nomine affarentur, cauſaq; ſuæ iuſtitiam repræſentarent. Hæc & plura hìc atquè ibì iactata, traxerunt Ordines in ſententiam.

Eâ tempeſtate Geneua vrbs antiqua, & ſtudijs nobilis, paſsìm à Belgis frequentabatur. Non tam liberalium artium causâ, quæ Louanij non minus laudabiliter colebantur: quàm quòd Gallorum ſermonem ſimul ediſcerent. Cæterùm nouitate religionum, quâ tunc maximè Geneuenſes præter cæteros inſignes habebantur offenſus Rex, litterarum commercio eius vrbis, Belgis interdixit. Et quò facilius lubricam iuuenum ætatem conceſſis ſtudijs retineret, nouam Academiam ex conſilio Viglij, Duaci inſtituit. MIƆLXII *Stylo veteri,*

vigilarent; sed hoc ipsum suspicacibus externorum animis persuaderi non posse; & plurimum vrbi suæ accessurum, si hoc incommodo absoluerentur. multitudinem non aliter vanis, & inanibus, quàm vero terreri: & malorum hominum deliramentis concussam, stultè omnia in metus trahere. Philippus Rex deliberaturum se præfatus, libellos recepit. Réque pensatâ possessionem episcopatus in aduentum suum vacuam esse iussit. His auditis, Geldrij, Frisij, Groeningenses, & Dauentrienses contumaciores reddebantur. Nam & ipsi ab initio aduentantes episcopos constanter repulerant. animati studijs Procerum, inuidiam Granuellano ex omni parte quærentium.

Medio tempore nuntiatum est discordare Gallias, & ingenti apparatu in ciuile bellum reuolui. Et à Carolo Rege aderant legati, auxilium orantes in vltionem sceleris erga se perpetrati, cuius exemplum communis Regum causa postularet. suberat tamen metus, ne complexi dexteras verterent arma,

& infesta signa Belgis inferrent. Proceres in concilium vocatos Gubernatrix perpendere iubet, quid sibi agendum, & post triduum referre sententiam. Egressi curiâ, multi ex his cum Auriaco concedunt ad epulas, quas tum fortè solemniores instruxerat. Ibi de Granuellano plurimus sermo. Iam enim plerisque videbatur elatior quàm ferri posset. Quippe sine illius suffragatione neminem ad magna, & honorata ministeria prouehi aspexerant. & si quid in Hispaniam scriberetur, haut aliæ sententiæ Rex accedebat, quàm cuius ille auctor fuerat. tantàm de se prudentiæ opinionem fecerat. vir sanè præstans, disciplinâ, & indole erectus ad magna, Regíque charissimus, atque illo amicitiæ gradu dignus, in quem consilij publici fata hactenus recubuerant. Hinc potissimùm dolor, & indignatio, quòd homo talis, & quidem externus, occuparet primum gratiæ locum apud Regem, & in secretorum omnium admit-

mit-

mitteretur consortium. Itaque vt sæpe alias, tunc quoque passim criminabantur, *quòd solus ille rempublicam regeret. quòd ex libidine cunctos extolleret, aut deprimeret. quòd sui ratio non haberetur, praualescente semper illius sententià, tanquam plus omnibus saperet. vnum quidem è senatoribus esse; sed re verâ imperij summam habere in manibus. & ob id, suis artibus Gubernatricem ad prouinciarum regimen euexisse, non viribus, non experientià validam, vt reipublicæ munia sibi arrogaret, ex arbitrio statum formaret, caeterósque calcaret recenti potentià. Nil se in concilio quàm numerum facere, egregiè scilicet ornatos, vano, & superuacuo titulo, vno Granuellano in sacra, in profana, & in omnia regimen vsurpante. Non alià causà nouos introduxisse episcopos, quàm vt inuisis hominibus, & sui similibus Ordines impleret, ne qua pars reipublicæ Granuellanistis careat. mox fratres, mox cognatos & affines Concilio Status illaturum. qui actiones Procerum obseruent, & apud*

Regem

Regem vniuersos accusent, vt supplantatâ nobilitate ad Hispanorum arbitrium rempublicam instituant. Olim Principes omnia per Magnates egisse. nec pœnitere veteris status. ad stabiliendum imperium maximè pertinere, si ratio apud vnum, cura cum multis communicetur. Eundum obuiam vanitati, & arrogantiæ hominis. Et hoc in expedito fore, si vnanimes fuerint, atq; vno semper ore sententiam prompserint. idem velle, idem nolle, id est; amicos esse debere, qui societate velleris propiore nexu iungerentur. eâque concordiâ auctoritatem illius conuulsuros. Et instabat Auriacus, vt priuatim nunc statuerent, quid post triduum dicturi essent in curiâ. Pauci quidem assentiebantur ei. Neque enim vsqueadeò corrupti mores erant. plerisque adhuc priuatas simultates sic exercentibus, vt salutis publicæ curam non deponerent. Ab his igitur responsum, tres dies ad deliberandum datos, vt ab eo quod hodiè placeret, medio tempore liceret recedere. neque conuenire, vt priuatìm inter se de

tanta

tantâ re decernant, qui coram, & ſub oculis Gubernatricis iuſſi eſſent ferre ſuffragium. Condicto autem die, cum ſuper inopiâ ærarij, Gallorúmque poſtulatis conſulerentur, ſinceris iudicijs decreuere, referendum eſſe ad Regem. actúmque vt Montignæus eâ legatione fungeretur.

Inter quæ Hornanus ex Hiſpaniâ ſuperuenit, Conciliarij Status titulo excultus. vetus odium diuturnitate non exuerat. Statímque ſe factioſis applicuit. Cæterùm Auriacus pluribus artibus nobilitatem iuxta, ac plebem ſibi deuinxerat. comis, liberalis, magnificus, non contemptor, non ſuperbus, commune nobilitatis vitium: ſolertiſſimè populo blandus, congreſſu & ſermone familiaris, infimo cuique honorem reddebat, prorſus vulgari auræ commodiſſimus. tótque bonas artes prudentiâ, calliditate, & ſolertiâ miſcuerat; vitijs niſi pleriſque Principum familiaribus, non corruperat. nihil temerè loqui, ęgregiè diſſimulare, aliud lingnâ præferre, aliud pectore claudere tutiſſima quæq;

metuere. magnæ ſanè virtutes quoties in virum bonum, & ciuilia patientem inciderint. Ingenium eius olim notauerat Carolus Cæſar, & reipublicæ quandoque graue, & periculoſum fore prædixerat. Regi quoque paullò ſuſpectior erat, quàm volebat videri. & ob id Flandriam ambientem, Hollandiæ præpoſuerat, eâ tempeſtate inopi, atque infirmæ prouinciæ. Granuellanum quoque cuſtodiæ causâ adhibuerat Concilio Status; virum conſtantem, & obſtrepere auſum, quoties à ratione abiretur, & iuſtitiâ. Quæ res potiſſimùm Granuellani inuidiam inexpiabilem fecit. Proceribus libertati eius iraſcentibus, nec ſatis patientibus ſecundo gradu poſt illum conſiſtere. ſed iam furore, & ambitu cuncta compleuerant: conſilia domi frequenter habere, apud Gubernatricem impotentiam criminari, conſilijs eius officere, nihil penſi habere dum è prouincijs amolirentur.

Proceres ad Regem ſcribunt vt Granuellanum amoueat.

Eò tandem res deducitur, vt Auriacus, Egmondanus, & Hornanus ad Regem ſcriberent

berent in hunc modum. *Ægris oculis Proceres summam reipublicæ in vnum aliquem translatam aspicere. Quæ iam vt maximè incolumis esset, stare tamen non posse, nisi amoto Granuellano, cuius impotentiam omnes fastidire inciperent. se ad id consilij publico vrgeri periculo. Malum esse displicere cunctis vt vni placeas. si quæ suaderent, etiam crederet, omnia in melius processura. Placida Parmensis imperia populum continere. Neq; hac in ambitionem consuli, cuius causas procul haberent. Pro beneficio accepturos, si expungerentur è Concilio Status, vbi Granuellano præsente, non indoli, non existimationi, ac ne sacramento quidem suo satisfacerent. Religionis curam diligenter acturos. & illam hactenus inuiolatam stetisse solicitudine suâ: quæ dissolutis Granuellani moribus perire sensim inciperet.*

Rerum nouitas ingentem Regi solicitudinem incussit. Mox Debremontij dominum redire in Burgundiam iubet. quem pridem Granuellano infensum, mutuas simultates *Responsum Regis Philippi.*

MDLXII
Stylo veteri

exercere perceperat. Proceribus autem in hæc verba reſcripſit. *Affectum animi veſtri perſpectum habeo. cur tamen res in præſens mutari debeant, non video. ſi ex vobis alteruter excurrerit; cuncta ex liquido cognoſcam. Regem me eſſe memini, & inauditū damnare non poſſe.* Ingrata Proceribus epiſtola fuit. Quippe non obſcurè repulſi erant. & hoc ipſum in contemptum ſui interpretabantur. Inde ad fortiora conſilia reſpexere. & quod præſentiſſimum remedium rebantur, Generalia Ordinum concilia ſollicitare incipiunt. Sed Gubernatrix decretum Regis in contrarium obtendebat. Nam inter plura alia arcana mandata, hoc ipſum diligentiſſimè iuſſerat Rex, ne abſente ſe Generalia Ordinum comitia indicerentur. Cùm ergò mentionem eorum grauatè admiſiſſet, plus indignationis factioſis acceſſit.

Auriacus Egmondanus & Hornanus è Concilio ſe ſubducunt

Poſt aliquot dies, tres illi quos ante nominaui Gubernatricem aggrediuntur libello, in hanc ſententiam. *Proceres ſæpe inter ſe miſcuiſſe ſermonem de ſtatu publico. qui ab*

exitio

exitio quantillũ abeſſet, ex his intelligeret. Nouis opinionibus addictum eſſe populum. militibus ſtipendia non dependi, toties flagitata, atque promiſſa. blanditijs vltra pacari non poſſe. exhauſtum eſſe Regis ærarium, & alieno ære grauatum. Parum abeſſe, quin importuna creditorum libido negotiatoribus Belgicis manus foris injiciat, & commercia interuertat. Iſta tot mala anteuerti potuiſſe Generalium ordinum comitijs, vſitato hactenus in anxijs rebus remedio. Cùm ei verò diſplicerent hæc conſilia, orare vt ſalutari aliquâ ratione ſubueniret. Nam quod ad ſe attineret, abdicare Concilium Status, in quo hactenus pro vmbrâ ſeruierint. Simul omnes abſtinebant curiâ. nec precibus, nec auctoritate ad mutandam ſententiam compelli poterant.

Deinde vt erant ad omnia quæ agitaſſent peruicacis animi, ſumpſere rurſus tabellas, & eiuſmodi verba ad Regem exarant. *Laudabile id quidem, quòd indictâ cauſâ in tuos non ſtatuas. Neque ſe Granuellanum reum* *Proceres rurſus ad Regem ſcribunt.*

 facere.

in religione habebantur, quas pro reliquiis ignari colebant, & profanâ manu contigisse in parte felicitatis reposuerant. Nec deerat ipse cohortari singulos, adire municipia, vbique adesse, Ministri munus exequi; neque iam occultò; sed propalàm: nisi quòd adhuc concionaretur in siluis, abditisque saltibus audaciam concluderet. Munia, quæ ipse non poterat obibant discipuli. qui non minori imposturâ rudem populum ludificabantur. sed non occultum diu mendacium fuit. Fanaticæ illæ mulierculæ, promissum operæ suæ pretium exigentes; & cùm negaretur, laruam omnem detraxere. Ne quis à nobis ficta hæc esse crederet, ipse Launoi libello vulgauit. quippe posteà redditus est Romanæ ecclesiæ; vanæque credulitatis vestigia sustulit. Paullò tristius Valencenæ conflagrauere, Philippi Mailart, & Simonis Faueau vecordiâ accensæ. obscuri & ex vltimâ plebe homines Ministrorum prouinciam assumserant. sed flagitij comperti, conduntur in carcerem.

ægrè id ferebant sectarij. totâque nocte per forum & tenebras lymphantibus similes volitabant, clamoribus turbidi, & psalmorum cantilenis in vernaculum numerum traductis lasciuientes. Sed nec abstinebant minis in prætorem, cuius aures crebris verberabant iniurijs. simul auxilium afflictis spondebant. Nec magistratus obuiam ibat. plurium vesania audaciam excusserat. & inconsultâ gubernatrice, cum periculo seditionis incipere nemo audebat. Parmensis re cognitâ animosè leges exerceri iubet. Itaque primores ciuitatis in curiam coeunt, quam compleuerant armatis; ac ne effusa opificum turba seditionem faceret, primo diliculo reos traducunt ad publicum iudicium. Ingens multitudo ad rogum concurrit, quem in foro excitauerat lictor. Iamque eò quoq; damnati producebantur; cùm à plerisque lapidatio vrgeri cœpit. deindè ira peruenit in rabiem. impetúque facto audacissimi quiq; violentis manibus rogum dissipant. itum inde ad damnatos, quos lictor tumul-

tumultu in carcerem timidus retraxerat. effractis foribus vincula rumpunt, carnificúmque manibus in præſens noxios eripiunt, vt paullò pòſt vecordem ſpiritum dignò redderent ſupplicio. Igitur venere iudices extra ordinem à gubernatrice. præſidium militare ex proximis hybernis vnà tranſmiſſum. Ferociſſimorum ſanguine expiatum eſt facinus. cæteris autem mens obtorpuit, iam attonitis, & ſibi metuentibus. vt facilè appareret vim populi in multitudine pernitioſam: ſparſam verò, atque ſolutam impune contemni.

Hæc impendentium malorum initia, ſeu portenta erant; reliquis gentibus fortaſſe terribilia: Belgis tamen non intelligebantur. Tanta animorum obſtinatio fuit. Immemores alienæ calamitatis, ſibíq; imminentis, turbari religionem malebant, quàm non arcere epiſcopos, quos etiam vltrò in remedium expetere debuerant. At illi nihilominùs ad deſtinatas ſibi prouincias accingebantur. Flandri, & Audomarenſes haut ægrè admiſere. Sil-

re. Siluæducenſes, & Harlemenſes parumpèr commoti ſunt. Reliqua Brabantia vt ad iugum inhorruit. Fortè Ordinum frequentiam ſolita tunc comitia Bruxellam contraxerant. Ibi abbates identidèm ingerebant; *maiorum mores, & priuilegia pollui. epiſcopos in cœnobia intrudi; haut aliâ cauſſâ, quàm vt primo loco ſederent in comitijs, prouinciarum vires ſpecularentur, principúmq; petitionibus menſuram ſtatuerent ex ſuâ libidine: Denique vt nihil liberum, nihil ſincerum amplius eſſet in Ordinibus. Quem enim in comitijs liberam vocem exercere, quem recuſare aliquid, aut hiſcere contrà auſurum? imminentibus ſuprà caput epiſcopis, cuiúſque nutum, verbáque notantibus? aut adulandum fore illis hominibus, aut ſpem honorum in poſterum abijciendam; quando nemo deinceps ad magiſtratus, quàm per epiſcopos perueniret. Iam rectores illos in aula voluptatibus habitos, fractóſque, à monaſticâ diſciplinâ prorsùs abhorrere. & hoc nihil aliud eſſe, quàm perturbationem Ordinum, & confuſionem ſacrorum*

ſtiano quæſiuiſſe. nec laborare de iure, ſi leges valerent. Nunc cùm imperio ageretur æſtimare neceſſitatem. Si tamen Ordines ſecum miſcerentur, fiduciam ponere in benignitate Regis. qui non ſuâ voluntate; ſed paucorum ambitione circumuentus tranſiſſet in hæc conſilia. Illum Ordines adirent. omnium nomine affarentur, cauſæq́ ſuæ iuſtitiam repræſentarent. Hæc & plura hìc atquè ibì iactata, traxerunt Ordines in ſententiam.

Eâ tempeſtate Geneua vrbs antiqua, & ſtudijs nobilis, paſsìm à Belgis frequentabatur. Non tam liberalium artium causâ, quæ Louanij non minus laudabiliter colebantur: quàm quòd Gallorum ſermonem ſimul ediſcerent. Cæterùm nouitate religionum, quâ tunc maximè Geneuenſes præter cæteros inſignes habebantur offenſus Rex; litterarum commercio eius vrbis, Belgis interdixit. Et quò facilius lubricam iuuenum ætatem conceſſis ſtudijs retineret, nouam Academiam ex conſilio Viglij, Duaci inſtituit. MIↃLXII *Stylo veteri*

vigilarent; sed hoc ipsum suspicacibus externorum animis persuaderi non posse; & plurimum vrbi suæ accessurum, si hoc incommodo absoluerentur. multitudinem non aliter vanis, & inanibus, quàm vero terreri: & malorum hominum deliramentis concussam, stultè omnia in metus trahere. Philippus Rex deliberaturum se præfatus, libellos recepit. Réque pensatâ possessionem episcopatus in aduentum suum vacuam esse iussit. His auditis, Geldrij, Frisij, Groeningenses, & Dauentrienses contumaciores reddebantur. Nam & ipsi ab initio aduentantes episcopos constanter repulerant. animati studijs Procerum, inuidiam Granuellano ex omni parte quærentium.

Medio tempore nuntiatum est discordare Gallias, & ingenti apparatu in ciuile bellum reuolui. Et à Carolo Rege aderant legati, auxilium orantes in vltionem sceleris erga se perpetrati, cuius exemplum communis Regum causa postularet. suberat tamen metus, ne complexi dexteras verterent arma,

mitteretur consortium. Itaque vt sæpe alias, tunc quoque passim criminabantur, *quòd solus ille rempublicam regeret. quòd ex libidine cunctos extolleret, aut deprimeret. quòd sui ratio non haberetur, præualescente semper illius sententiâ, tanquam plus omnibus saperet. vnum quidem è senatoribus esse; sed re verâ imperij summam habere in manibus. & ob id, suis artibus Gubernatricem ad prouinciarum regimen euexisse, non viribus, non experientiâ validam, vt reipublicæ munia sibi arrogaret, ex arbitrio statum formaret, cæterósque calcaret recenti potentiâ. Nil se in concilio quàm numerum facere, egregiè scilicet ornatos, vano, & superuacuo titulo, vno Granuellano in sacra, in profana, & in omnia regimen vsurpante. Non aliâ causâ nouos introduxisse episcopos, quàm vt inuisis hominibus, & sui similibus Ordines impleret, ne qua pars reipublicæ Granuellanistis careat. mox fratres, mox cognatos & affines Concilio Status illaturum. qui actiones Procerum obseruent, & apud*

Regem

Regem vniuersos accusent, vt supplantatâ nobilitate ad Hispanorum arbitrium rempublicam instituant. Olim Principes omnia per Magnates egisse. nec pœnitere veteris status. ad stabiliendum imperium maximè pertinere, si ratio apud vnum, cura cum multis communicetur. Eundum obuiam vanitati, & arrogantiæ hominis. Et hoc in expedito fore, si vnanimes fuerint, atq; vno semper ore sententiam prompserint. idem velle, idem nolle, id est; amicos esse debere, qui societate velleris propiore nexu iungerentur. eâque concordiâ auctoritatem illius conuulsuros. Et instabat Auriacus, vt priuatim nunc statuerent, quid post triduum dicturi essent in curiâ. Pauci quidem assentiebantur ei. Neque enim vsqueadeò corrupti mores erant. plerisque adhuc priuatas simultates sic exercentibus, vt salutis publicæ curam non deponerent. Ab his igitur responsum, tres dies ad deliberandum datos, vt ab eo quod hodiè placeret, medio tempore liceret recedere. neque conuenire, vt priuatim inter se de

tanta

tantâ re decernant, qui coram, & ſub oculis Gubernatricis iuſſi eſſent ferre ſuffragium. Condicto autem die, cum ſuper inopiâ ærarij, Gallorúmque poſtulatis conſulerentur, ſinceris iudicijs decreuere, referendum eſſe ad Regem. actúmque vt Montignæus eâ legatione fungeretur.

Inter quæ Hornanus ex Hiſpaniâ ſuperuenit, Conciliarij Status titulo excultus. vetus odium diuturnitate non exuerat. Statímque ſe factioſis applicuit. Cæterùm Auriacus pluribus artibus nobilitatem iuxta, ac plebem ſibi deuinxerat. comis, liberalis, magnificus, non contemptor, non ſuperbus, commune nobilitatis vitium: ſolertiſſimè populo blandus, congreſſu & ſermone familiaris, infimo cuique honorem reddebat, prorſus vulgari auræ commodiſſimus. tótque bonas artes prudentiâ, calliditate, & ſolertiâ miſcuerat; vitijs niſi pleriſque Principum familiaribus, non corruperat. nihil temerè loqui, egregiè diſſimulare, aliud linguâ præferre, aliud pectore claudere tutiſſima quæq;

metuere. magnæ ſanè virtutes quoties in virum bonum, & ciuilia patientem inciderint. Ingenium eius olim notauerat Carolus Cæſar, & reipublicæ quandoque graue, & periculoſum fore prædixerat. Regi quoque paullò ſuſpectior erat, quàm volebat videri. & ob id Flandriam ambientem, Hollandiæ præpoſuerat, eâ tempeſtate inopi, atque infirmæ prouinciæ. Granuellanum quoque cuſtodiæ causâ adhibuerat Concilio Status; virum conſtantem, & obſtrepere auſum, quoties à ratione abiretur, & iuſtitiâ. Quæ res potiſſimùm Granuellani inuidiam inexpiabilem fecit. Proceribus libertati eius iraſcentibus, nec ſatis patientibus ſecundo gradu poſt illum conſiſtere. ſed iam furore, & ambitu cuncta compleuerant. conſilia domi frequenter habere, apud Gubernatricem impotentiam criminari, conſilijs eius officere, nihil penſi habere dum è prouincijs amolirentur.

Proceres ad Regem ſcribunt vt Granuellanum amoueat.

Eò tandem res deducitur, vt Auriacus, Egmondanus, & Hornanus ad Regem ſcriberent

berent in hunc modum. *Ægris oculis Proceres summam reipublicæ in vnum aliquem translatam aspicere. Quæ iam vt maximè incolumis esset, stare tamen non posse, nisi amoto Granuellano, cuius impotentiam omnes fastidire inciperent: se ad id consilij publico vrgeri periculo. Malum esse displicere cunctis vt vni placeas. si quæ suaderent, etiam crederet, omnia in melius processura. Placida Parmensis imperia populum continere. Neq; hæc in ambitionem consuli, cuius causas procul haberent. Pro beneficio accepturos, si expungerentur è Concilio Status, vbi Granuellano præsente, non indoli, non existimationi, ac ne sacramento quidem suo satisfacerent. Religionis curam diligenter acturos. & illam hactenus inuiolatam stetisse solicitudine suâ: quæ dissolutis Granuellani moribus perire sensim inciperet.*

Rerum nouitas ingentem Regi solicitudinem incussit. Mox Debremontij dominum redire in Burgundiam iubet. quem pridem Granuellano infensum, mutuas simultates *Responsum Regis Philippi.*

MDLXII exercere perceperat. Proceribus autem illis

Syluetani haec verba rescripsit. *Affectum animi vestri perspectum habeo. cur tamen res in praesens mutari debeant, non video. si ex vobis alteruter excurrerit; cuncta ex liquido cognoscam. Regem me esse memini, & inauditũ damnare non posse.* Ingrata Proceribus epistola fuit. Quippe non obscurè repulsi erant. & hoc ipsum in contemptum sui interpretabantur. Inde ad fortiora consilia respexere. & quod praesentissimum remedium rebantur, Generalia Ordinum concilia sollicitare incipiunt. Sed Gubernatrix decretum Regis in contrarium obtendebat. Nam inter plura alia arcana mandata, hoc ipsum diligentissimè iusserat Rex, ne absente se Generalia Ordinum comitia indicerentur. Cùm ergò mentionem eorum grauatè admisisset, plus indignationis factiosis accessit.

Auriacus Egmondanus & Hornanus è Concilio se subducunt

Post aliquot dies, tres illi quos ante nominaui Gubernatricem aggrediuntur libello, in hanc sententiam. *Proceres saepe inter se miscuisse sermonem de statu publico. qui ab*

exitio

exitio quantillũ abesset, ex his intelligeret. Nouis opinionibus addictum esse populum. militibus stipendia non dependi, toties flagitata, atque promissa. blanditijs vltra pacari non posse. exhaustum esse Regis ærarium, & alieno ære grauatum. Parum abesse, quin importuna creditorum libido negotiatoribus Belgicis manus foris inijciat, & commercia interuertat. Ista tot mala anteuerti potuisse Generalium ordinum comitijs, vsitato hactenus in anxijs rebus remedio. Cùm ei verò displicerent hæc consilia, orare vt salutari aliquâ ratione subueniret. Nam quod ad se attineret, abdicare Concilium Status, in quo hactenus pro vmbrâ seruierint. Simul omnes abstinebant curiâ, nec precibus, nec auctoritate ad mutandam sententiam compelli poterant.

Deinde vt erant ad omnia quæ agitassent peruicacis animi, sumpsere rursus tabellas, & eiusmodi verba ad Regem exarant. *Laudabile id quidem, quòd indictâ causâ in tuos non statuas. Neque se Granuellanum reum facere.* *Proceres rursus ad Regem scribunt.*

facere. contrà benè illi consultum velle, si ad-imeretur onus, superuacuum forsan; at certè cuius humeri magnitudinem non caperent. Causam si requiris, à malis publicis exigenda est. Ipsæ calamitates erudire te possunt, quàm impares lacertos imperio subijciat. In Hispaniam, nisi per rempublicam foret, non vnus aliquis nostrum; sed vniuersi veniremus. Armorum strepitus, qui vicinas concutit gentes, ad intensiorem curam nos compellit, & in suas quemque cogit prouincias. Attamen si verum scire vis, ex litteris nostris consequi potes. quarum fidei præsentia nostra, nec detrahet aliquid, nec adijciet. De cætero rogamus, vt in bonam partem consulas, destitutum esse à nobis Concilium Status. vbi intempestiuis simultatibus tempus terendo, magis graues, quàm vtiles eramus. Difficile est cum eo viuere, qui modum nescit in imperio.

In his motibus Proceres toti erant. cùm & populus, nihil horum ignarus, non mediocriter murmurare cœpit. Multi non tam

Gra-

Granuellano infensi, quàm Proceribus adulantes, maledictis agebant. Proceres enim affectus omnium in se attraxerant. qui per creditas sibi prouincias animis ciuium propius incumbentes; cùm amicos, & adulatores honoribus excolerent, & promptissimus quisque supra cæteros attolleretur, arcanũ quoddam in omnes gerebant imperium. Igitur factionem, & contumaciam eorum vulgus laudare, Granuellani famam verbis, famosisque libellis, atque omni prorsus modo proscindere; auaritiam, ambitionem, libidinem obiectare; crucem, & lapidationem meritum clamare; vtique postquam per multitudinem spargi cœpit, suasisse illum Regi, vt à Summo Pontifice peteret absolutionem sacramenti in auspicijs principatus emissi, quò sua ciuibus iura, ac priuilegia eriperet. Sed longè aliter prudentiores æstimabant ciuiles; artes, rerúmque experientiam, & eruditionem atque eloquentiam in viro summam. virtutes amares, vitia non nocebant; quæ sub vmbrâ magnitudinis excusata latebant.

Inter

ærarij, seu Finantiarum quæstorem, inter vina, & facetias sortitò tesseram quæsiisse. Fortuna eligendi arbitrium in Egmondanum transtulit. Ille signum flagitantibus dedit, vt factiosorum seruitia nigro cultu instruerentur, & supra pallij latus, aureo internitente filo morionis cucullum exprimerent. Postridie lugere omnes diceres. nisi quòd eminebat in veste ludibrium, quod non obscurè ad Granuellanum referebatur. Ea res multitudini grata, bonorum indignationem contraxit. sed ante alios Gubernatrix offendebatur, quòd non vnius hominis famam, quàm religionis reuerentiam ad risum, iocúmque traductam aspiceret. Modestè igitur incusati Proceres, loco cuculli reposuere fasciculum sagittarum, sinuantibus funiculis in medio astrictum. tanquam inuicti, quamdiu concordes agerent. Granuellanus autem publico ludibrio expositus, Mechliniam turbatus se recepit. Prudentíque absentiâ furori cedens, negotijs imperij in posterum abstinuit. Nam & nobiles ad solita Brabantiæ comitia

debeat. odium, & inuidiam prætendere, vt abducto custode imperium ipsi inuadant, & quod nunc alienum administrare coguntur, suum faciant: ausuros peiora, si prima processerint. Nec dißitas prouincias aliter retineri posse, quàm si aliqui extiterint, qui Magnatum ceruicibus incumbentes, actiones eorum obseruent, intra obsequij limites cohibeant, nec in noxias cupiditates euagari patiantur. Hæc quidem Rex fauorabiliter audiebat. vicit tamen naturalis bonitas. simul discordiæ priuata odia supergressæ timebantur. Haut ignarus quantum sceptri sui interesset gentem illam in pace relinquere. quod vnum ipsi Carolus pater ante omnia commendauerat, & inter arcana imperij censeri voluerat. Proceribus itaque in concilium redire iussis, tacito mandato Granuellanum euocauit, quæsito prætextu viam instituere iubens, ne id sibi extortum Proceres crederet.

Neque mora, Granuellanus prid. idu. mart. iter sibi in Burgundiã pronuntiat. Maximilianum *Granuellanus prouincijs excedit.*

num Morilonum, propositum Ariensem, archiepiscopalibus officijs substituit. virum virtute insignem, sibique charissimum, simul & litterarum, atque eloquentiæ neruis instructum. Causam reuisendæ matris in prætextum viæ accepit. & ob id Chantenottum, & Champigneum fratres vnà proficisci mandauit. sed re verâ animum ad Hispaniam adiecerat. struentibus fatis viam fastigio, quod deinde ascendit. Quippe illum comitata est perpetua, & inconcussa felicitas: cùm eos ferè ad vltimum fortuna fastidire, & tanquam fatigata excutere soleat, quos Principibus aliquando charissimos fecit.

NICO-

NICOLAI BVRGVNDJ HISTORIAE BELGICÆ.

LIBER II.

ACTENVS quidèm adhuc priuata odia videri poterant. ſequens tamen furor anno MIↃLXIV exordium cœpit. fatale ſæculum diſcordijs; quarum initia, cauſæque in diuersâ parte terrarum variè ſtruebantur. Nec deerant vaticinantium ingenia, cùm cœli aſpectus nihil mitius promitteret. Superiores tres planetæ, vnà cum Sole, & Mercurio in Leone concurrebant. præſaga malorum ſydera, ruinam, ſtragémque portendentia. Quippè eandem aſtrorum faciem ante quingentos annos exitioſam populis didicerant. Sed nihil triſtius à Belgis exſpectabatur, ſe-

Anno M IↃLXIV. *Stylo veteri.*



rent, occultis tamen odijs: *Quæ perinde non extinguuntur vt cœpere: sed sublato duce manent in partibus, & post certamen, metúmque durant.* Huc accedebat facilis animus; perindè magnificus: & ex vtróque beneuolentia populi. Nam delegatos gentium, vrbiúmque hospitio, & conuiuijs certatim inliciebant, potentiæ studio, & æmulatione magnitudinis. Haut ignari, Belgarum animos non aliâ arte facilius capi. Nec frustrà fuit tam profusa humanitatis explicatio. Nam subindè à prouincialibus noua tributa; & ex magnâ petitione semper aliquid auferebant. Quibus rebus Gubernatrici grati, sibi graues, cæteris luxuriæ exemplum, afflixere mores sæculi. Et si fateri licet, hoc initium fuit malorum omnium. Tantam enim magnificentiam, & ex eâ inopiam, cupiditas excepit. cùm nemo turpe crederet, quod lucrosum quomodocúnque auferre; vt succurreret necessitati, quam luxus hiantem fecerat: pompæque suppeditaret instrumenta, prodigis-

sum-

humana polluta, quæstuíque fuere. Nihil tam inexorabile, quod auri fulgor non flecteret: nihil tam flagitiosum, quod non molliret: nihil tam sanctum, quod non corrumperet. Quidquid in priuato Concilio seueritas expunxerat, in Concilio Status statim redimebatur. vbi non ex fide, & honesto: sed ex libidine omnia, & sine metu procedebant: ignarâ, aut incredulâ Gubernatrice, & quoquo modo acta, scrutari altius insolita. In cuius secreta quò facilius proceres penetrarent, Armenterium Hispanum sibi adiungunt, fidémque eius per speciem familiaritatis expugnant. vt verè dicere liceat, nihil mortalibus suauius quidem; sed nihil quoquè periculosius amicitiâ; in quâ raræ felicitatis est tanti boni metam attingere, indissolubili, securóque nexu, & non suspecto commercio. Et Armenterius quidèm antea rectus, & innocens, vbi semel dulcedine munerum cupiditates soluit, subitò prauus, par, similísque cæteris, in concupiscendâ pecuniâ, non modum, non terminum nouerat

uerat. vt ſua tegeret, aliena vitia diſſimulabat: quorum licentiæ Proceres fiduciam inſuper præferebant. Quippe muliercularum ingenia edocti, aſſentationum, & adulationum illecebris Gubernatricis animum adeò deuinxerant ſibi; vt ſi quid Præſes Viglius ſecretò ſuaſiſſet, protenùs ipſa referret ad Concilium Status: ſine quo nihil agi, nihil adminiſtrari permitteret. Hinc omnia ad Proceres vergere. preces, & libellos illi excipiebant, magiſtratus, honores, officia mandabant; Nemo in gubernaculo minus quàm Gubernatrix poterat. Neque adhuc tamen aliud, quàm condicionis ſuæ ſtatum venalem, atque inſolentem fecerant. Poſteà id quoque acceſſit, vt magiſtratuum officia, hoc eſt; forum & ius, legum & tribunalium munia ad ſe reuocarent. Iam primùm apud illos priuatorum negotia tractabantur. Si quis de iuſtitiâ cauſæ apud magiſtratus diffideret, prætextu boni publici euocabat in Concilium Status. Iam vocatis in controuerſiam Gorcomio, Worcomio

comio Salinísque Burgundicis, per modica, & crebra damna lacerabant patrimonium Regis, & iudicia in quæſtu habebant. Hinc fluxa magiſtratuum auctoritas, priſcam ſeueritatem, & innocentiam retinentium. & quod eſt pernitioſiſſimum, iacebat Prouincialium Conciliorum preſſa, atque contempta reuerentia, & ſub pedibus ſacroſancta poteſtas. Nobilitas veluti frænis exoluta, ad omnia contumax. nullum in legibus auxilium; cùm vi, & armis reſiſteretur lictoribus, & imperia magiſtratuum ignaua redderentur. Idque Ordines prouinciarum ægrè tolerauere. & vndequaque querelæ in aulam confluxerant. ſed delegati Ordinum ingentibus onuſti promiſſis, & ſic remiſſi domum, tamdiu in ſpe retenti ſunt, donec impetus ſpatio vaneſceret. Accedentibus inſuper miniſtrorum nequitijs, per quorum veſtigia quærebatur fauor Procerum, & tanquam internuncij reſponſa gentibus promebant. Nam & hi muneribus venales, quò plura emungerent, incredibili tædio laſſabant patientiam exigentium in aulâ vltionem. Sic

atrocissima quæque facinora impune grassabantur. crescentibus semper vitijs, dilato semel remedio. Domus rapinis afflictæ, spoliata delubra, expilata monasteria, in omnes audacia, denique terror vrbibus intentabatur. Quæ & ipsa maximè onerabant famam Procerum, tanquam facinus imperantium. qui sontibus faciles, ad indulgentiam prompti, & ad omnia conniuendo, causam suspicionibus dederant. Crebræ nunc querelæ, nunc calumniæ de sacerdotibus percipiebantur. alijs diuitias, alijs dissolutionem morum infami licentià traducentibus. & sic maiestatem religionis in ministrorum sordibus contemnebant. Fuere etiam, qui censerent adimendam gladij potestatem huic Ordini, quem sacrorum integritas à profanis curis secreuisset. Prorsùs immemores, quòd eorum maiores profusâ liberalitate extulissent ecclesiam in tantum fastigium. Fortè autem Præpositus Brugensis vacuam dignitatem per mortem fecerat. Neque accessio Præposituræ quamuis pridèm destinata, Episco-

ſcopo antè permiſſa eſt, quàm Laicæ iuriſdictionis inſignia eiuraſſet. magnâ cum indignatione eccleſiaſtici ſtatus, cuius hæc prima iniuria noſcitabatur. Præſes Viglius iratior fremebat, quòd inutili nouatione maieſtatem religionis proijcerent. Sed conſilia eius ſuſpecta erant. quaſi idem timeret, qui idem eſſe cœperat; hoc eſt, Præpoſituram Bauonianam adeptus fuerat, lato imperio, titulíſque amictam.

Itaque in tantâ morum vecordiâ, nihil facilius erat, quàm hæreſim perrumpere. cùm languerent iudicia, non lex, non metus conciliabula retineret. Inquiſitorum ſeueritas, ante arrogans, atque implacabilis, in faſtidium, riſúmque venerat. doctis reis, ſpiritum quem ſupplicio debebant, fauore, ambitu, & ad vltimum pecuniâ redimere. Pro quibus Auriacus, & Hornanus non raro intercedebant. innixus vterque vxorum conſcientiæ; quas in Germaniâ genitas, ac Luteranis imbutas ſacris, patrius ritus non deſeruerat. Pleriſque mirantibus, & inter arcana imperij

 nume-

numerantibus, ne matrimonijs aliarum gentium, aut rituum, purpurati miſcerentur. Quâ in re quoque ab initio aduerſarium Auriacus Granuellanum habuerat: nempe vaticinantem, quòd aliquando potentiâ affiniũ, ad impotentiam abuteretur. Henricus Brederodius, & Florentius Pallantius Culenburgi comes ſubinde etiam damnatis aderant; & ſi poſſent, ſupplicio eximebant. audaces & turbulenti homines. ac tunc quidem vxorum auſpicijs ad alios ritus tranſgreſſi, metuebant legum vindictam. Nam quantùm in ſe liceret, multorum exitus, paupertas, exilia oſtenderãt. Hinc ſermo, & initium cœpit de mitigandis legibus. Quæ rès exindè perpetuis contentionibus agitata fuit: donec religioni, & reipublicæ, nec minus diuerſo tempore, ſuis quoquè auctoribus exitium attulerit. Non deerant qui apertè iam dicerent, haut aliud ſupereſſe remedium in corrupto, & ad diſcordias vergente populo; quàm ſi contagio mollius haberetur, & lentus vſus peruicaciam frangeret, quam ignis, ferrúmque debellare non poterat.

rat.

rat. Sine dubio malitia creuerat. ita tamen vt non & multi supplicijs absumerentur, ac maximè quorũ promptitudo flagitij misericordiam excesserat. At hi contumaces aduersus tormenta, nulliúsque sceleris extra nouitatem comperti, tanquam innocentes perire videbantur. vnde miseratio in vulgum, quasi non vtilitate publicâ; sed in sæuitiam legum vltricibus flammis sanguinem profunderent. Antverpiæ verò, & tumultus exortus est. leuis, & modicus; qui tamen intra minas non consisteret. Christofferum Smetium ex Carmelitarum ordine ad sectariorum ministeria transgressum, leges ad ignem protraxerant Fanatica multitudo ad spectaculum collecta, primò vt in turbâ, licentius fremere; psalmis, & blasphemijs insultare, ferociúsque agere. Iámque quod in eiusmodi audaciâ vltimum esse solet, saxis, fustibúsque erumpens, præsenti, metu mortis lictorem exterruit Ac ille reum rerum capitalium transegit ferro, fugâque se furentibus eripuit. Sed ne tunc vesania stetit, postquàm desiisset esse pro quo certaret. irruptione in curiam factâ, vltionem quam à lictore

lictore non poterat, à iudice exegit. Magiſtratus foro pellitur. armati per vrbem vagabantur. & egentiſſimus quiſque ex plebe circumſpectare direptionis initium. ſceleratum prorſus ſpectaculum. clauſæ toto biduo officinæ, formam captæ vrbis faciebant. Neque hæc ſeditio Proceribus diſplicuit. Leges in faſtidium venerant. quas, vt magis inuiſas populo redderent; Hiſpanicæ Inquiſitionis cognomentum indiderant. Nec minus interim de temperamento frequens inter ſe conſilium habebant. & iam Gubernatricis animum explorare cœperant. Sed priuata curia ex aduerſo nitebatur. hactenus ſana, conſtans, innocentiâ, & ſanctitate morum eximia. Huius auctoritas in leges plurimùm valebat. & proinde hac incolumi ſperare Proceres mutationem non poterant. Ludouicus Naſſouius ſuaſerat Auriaco fratri, vt homines aliquot ſuæ factionis Priuatæ inſereret curiæ, & aduerſariorum vires accideret. Et eundem Naſſouium in Belgio verſatum ad concitandas diſcordias, poſt ipſas

discor-

diſcordias demùm ſenſimus. fax, & turbo ſui ſæculi. ſine lare, ſine bonis, ſine familiâ, omnem ſpem, fortunam, conſilium in turbidis habebat. Sectariorum partes in Galliâ amplexus, bonorum ſuſpicionem in Belgio non euaſit: tanquam & hìc ſeditionis ſemina ſereret, vt ſemper eſſet, ſi bellum condicionibus in Galliâ poneretur, vbi inter armatos viuere poſſet.

Eodem tempore Georgius Gaſſander, & Franciſcus Balduinus, magnâ ſtudiorum famâ celebrabantur. Et Caſſandrum quidem Hornanus, Ludouicus Naſſouius Balduinum in arbitros religionis obtulerant. ſimul vtrumque exciuere ſedibus. ſed Caſſandrum vmbratica vanitas, & rudes aulæ mores, ſtatim vnde venerat in Germaniam reiecere. Balduinus natione Atrebas, in adoleſcentiâ hæreſis crimine poſtulatus, & poſt fugam proſcriptus, ad Caluinum decurrit. Eodem vſurus doctore, quem auctorem nouitatis habuerat. cui ſe celeriter liberalitate ingenij inſinuauit. Erat enim formæ veneratione, & eloquen-

ſionem publicam in Louanienſi, vel Duacenſi Academiâ deſtinat. Mox futurum ſpondens, vt fauore proprij nominis, ſuóque, & magnatum ſuffragio accerſeretur in Priuatum Concilium. Rebus ſic compoſitis tanquam breui rediturum à ſe dimittens, muneribus honorauit. in ſpem adductus, religionis arbitria ſuſcipi poſſe, ſi vir tantus cum Viglio, Maſióque, & Hopero æquatâ dignitate componeretur. Nam & Barlaimontium per Gaſparum Scetum ſollicitabat in ſocietatem conſilij; peculiaria quoque in ipſum officia ſua repromittens, ſi aduersùs Hiſpanicæ Inquiſitionis triſtitiã vnà conſurgeret. Quippe repulſo Granuellano hunc iam titulum factionibus prætexuerãt. Cæterùm Barlaimontius vir ſanctus, & innocens, virtute, & prudentiâ eximius, Granuellani partibus ſe iunxerat. Eius abceſſu diſcordijs, odióq; relictus, fidem & conſtantiam nullâ tempeſtate libatas ad vltimum Regi ſeruauit. Ex aliâ parte Balduinus tempeſtiuâ pœnitentiâ conſilium ſuũ damnauit. ſtultùm ratus, pro ſecuris, & præſentibus, incerta, & præcipitia eligere. & vt

quid, si flagitaret multorum annorum stipendia seditiosus miles, si hæreticorum tumultus ingrueret, reddendam sibi rationem; qui non legibus, non ærario præessent: sed in hoc duntaxat haberentur, vt speciosâ dignitatis vmbrâ, noua semper tributa extorquerent à populo. Pares nempe se toti reipublicæ curæq; sufficere; quæ frustra in plures spargeretur. Reuocanda esse Priuatæ curiæ, Finantiarúmque officia ad Concilium Status, vt vnius reipublicæ vna tantùm esset veluti anima, concórsque sententia. Multis æqua sentire videbatur, quò hæc pertinerent non satis adhuc animaduertentibus. Concilij formam concepit, vt duodecim primorum gentium equites in senatum sublegerentur; iudicia Mechliniam reijcerent; gratiam, abolitiones, & eiusmodi, Præsidi cum assessoribus permitterent; Ærarium ipsi regerent; minores curas delegatis committerent. Sed hæc consilia etiam suis auctoribus ardua videbantur. Nec enim suppetebat, quo pacto persuaderent Regi, inter tot obtrectatores,

 qui

qui potentiam Procerum ante exosam, timere inciperent. Itaque diu secum expendentes, centuriones clam subornant, qui exposcerent in aulâ stipendium obæratis militibus; & si differrentur seditionem in promptu afferèrent. Fortè & libelli curiæ oblati, torpedinem iustitiæ, & inde discrimen, in vastâ hæreticorum frequentiâ querebantur. Ergò in tot malorum remedium, Gubernatrix contraxit Proceres in Concilium. Omnes vno ore dixere suffragium; Legatus in Hispaniam decerneretur, qui indicaret hæc Regi, & leuamentum peteret. Ignarus adhuc Viglius quid Proceres machinarentur, & melioribus consilijs dirigens fata reipublicæ, loco sententiæ dicebat: *Sectarios latè corripuisse prouincias; sed non esse desperatum remedium, neque auctoritatem imperij omninò proiectam. Profectò si floreret in republicâ leges; si pro modo flagitij magistratus animaduerterent, minori negotio debacchantium illam colluuiem tolli posse, quàm surrexerit. nunc verò nullum in magistratibus præsidium; & hinc scelera impunè*

gras-

grassari, & ab vno, ad aliud, sine retinaculo transitum facere. sua tantùm quisq; impleret officia, atque vterentur remedio à maioribus reperto; haut dubiè supplantaturos partem illam vulgi, & modicam respectu cæterorum, & planè timidam. Non vnius quidem anni negotium esse, nec tot flagitia simul posse erui: quemadmodum nec vno gradu istos homines innocentia destituit. tempore opus esse. Vitia publica, vt sensim adulta, ita & sensim corrigenda. ab vnitate auspicandum; vt ad summam venias. neminem indè cœpisse, quò incredibile est peruenisse. esse in procinctu Tridentinum Concilium: ne afflicti sacerdotum mores desiderium suum deterrerent. Addebat deinde. *Haut aliundè proteri ministros iustitiæ, quàm quòd pleriq; Satrapæ insolentiores, omnem reuerentiam, & obsequium erga magistratus exuerent. Vnde in cæteros impunitatis spes. liberiúsq; vitia gliscere quæ primorum exemplo aluntur. Languentem iustitiæ manum ad neruos reuocare in expedito esse volentibus. nec ob id accersenda procul regis*

consi-

consilia. si prouinciarum rectores præsidium militare lictoribus succenturiarent; si abolitiones, si indulgentiæ, hactenus promiscuæ, intrà modum legésque coercerentur, mox redituram magistratibus reuerentiam suam. Exhausti ærarij nullam in ministris culpam. Bello Gallico Regis opes attritas. aliter recreari non posse, quàm si vel Hispaniæ, vel prouinciæ nouis tributis subuenerint. quæ autem hic extorqueat nemo, nisi sub oculis principis. cuius etiam maturam præsentiam tot simul reipublicæ vulnera implorarent. Nescire ergo se quò pertineret destinare legatos in Hispaniam. quasi verò hæc hodie noua essent, & non pridem audita Regi. Si tamen decernere perseuerarent, non aduersari se quidem, si in hoc fieret, vti Rex Philippus acceleraret reditum in prouincias. Sedit ergò sententia quæ legatum mitteret. Omnium consensu Egmondanus assumptus est. Erat enim propter militarem gloriam Regi acceptus: adhæc insigni corporis habitu, cuius apud principes ferè eximia est veneratio. Mandata quæ perferren-

ferren-

ferrentur in codicillos Viglius redegit. postero die in curiâ recitauit. Pauca omninò erant. Sectariorum multitudinem, iustitiæ contemptum, & ærarij inopiam querebatur magis, quàm exprimebat. Denique orandum Regem, vt occursurus tot malis festinaret in prouincias. Plerisque probantibus quòd facundiæ legati plura reseruarentur, Auriacus ad occasionem intentus, meditato impetu in hæc verba detonuit. *Quid adhuc dissimulare conuenit? sine ambage nuntiandum est Regi, hoc in statu saluam stare non posse rempublicam. Multitudo ex magnâ parte à religione maiorum defecit. nec pares sunt magistratus tanto incendio. proprio vitio prouinciæ laborant, propter sacerdotum mores sordibus maculatos. frustra contagio arcetur, cuius causa in visceribus alitur. Quid edictorum seueritas hactenus profecit, nisi vt atrocior succederet Inquisitio? neque hæc ipsa coërcendis flagitijs satis valida. mitioribus remedijs eluendæ sunt hæ maculæ. Ostentata tormenta ingenia exasperant. ex vnius cine-*

ribus mille renascuntur. malè id cogitur ad quod persuadendo peruenire oportet. acrius stimulat qui conscientiis vim adfert. & intempestiua sunt remedia quibus delicta magis accendimus. imitandi sunt periti medici, qui interdum plus quiete, quàm mouendo proficiunt. honestè cedit, qui tempori cedit; hoc est, necessitatem æstimat. Nemo mihi priorũ sæculorum innocentiam obiiciat. Idem genius hodierna ingenia non coniungit. Neq; olim pœnarum metus, sed sui mores quémque continuere. Ne irritamenta quidèm eadem sectis nascentibus; cùm adhuc intra paucorum, viliúmque conscientiam concluderentur. tota hodiè regiones huic disciplinæ accedunt. vt mirum adeò videri non debeat, si plerisque Belgis impetus iste nouitatis imposuerit. qui vt frangatur, relinquendus est sibi, in pingui, inertique licentiâ, ne ad insaniora adigatur necessitate. Vidimus quantum turba Valencenis, Tornaci, & Antverpiæ accenderit. quid futurum si plures simul vrbes reuerentiam exuant?

Incer-

Incertum est remedium quod pollicetur nobis Tridentinum Concilum. & vt vanum esse credamus, Germani non recipiunt. Exemplo eorum mitius viuendum est cum sectariis; quos ne catholici illic principes cruciatibus asperant. si crederem ad conscientias hominum valere supplicium, suaderem exquisitiorem quamq; crudelitatem. sed cum per tot annos igne, ferróque nihil profectum videam; vtilius iudico detrahere aliquid horrori legum, quàm palàm facere impares eas esse flagitijs. Priscorum temporum sectas gladius non deleuit. eruditione, & eloquentià, vitaque exemplo reuocati sunt errones illi ad ecclesiam. His armis hominum animis vim inferimus. religio imperium despicit. nemo cogi potest, vt credat inuitus. Et hæc solidiora pacis sunt consilia; quæ tamen Priuata Curia senatores non recipiunt. malunt omnia flagrare incendio, vt in turbidis vndis largius piscentur. Vndè enim iustitia ista corruptela, nisi ab ingentibus illorum vitijs, insatiabili auiditate cuncta prostituentium?

Non superarent tot diuitiæ istis hominibus, è scholastico squallore in Concilium accitis, si muneribus nihil concederent. Scimus quo conducti sint stipendio. nec illud par esse, quod luxum, & pompam, & tam infames sumptus toleret. Vtinam tam modestè peccarent vt negari flagitia possent. Nunc si populo credimus, non aliter rectius quàm auro tentantur. nec quidquam tam sanctè indulgent, vt non accipiant. sed vt promiscuè omnes auaritia non insimulem: accusare certamina, inuidiam simultates possum, & priuati odij stimulos, quibus aduersandi libidine inuicem se lacessunt, & miserorum calamitatibus iniuria sua litant. Quis probet intempestiuam Cancellarij Brabantiæ iurgandi licentiam, & exerceri solitas cum Masio contentiones? dicerem erupturas in publicam pernitiem, nisi quis crederet à me malignius prolata, ad conflandam inuidiam. Interim scimus quàm turbida sint consilia eorum, quibus affectus officit. Non est igitur quòd in discrimen vocent innocentiam Procerum. quasi scilicet Gubernatores,

ad

ad infamis cuiúsque lictoris libidinem centurias militum subministrare debeant. Ponant illi senatores modum animo suo. ne tam proni sint ad indulgentias, quas cùm à nobis non impetrauerint rei, in istâ curià statim redimunt. Hoc est quod rempublicam funditùs trahit. Nemo ad remittenda scelera facilis esse potest, quin semper aliquid adijciat malo publico. Nunquam mihi placuit, in tot Concilia curas imperij, & arcana distrahi. Sufficit omnibus Concilium Status. & hoc ipsum Proceres non raro inter se secretò mussitarunt: ideóq; nunc repeto, vt omnes intelligant, haut aliter tot malorum finem haberi posse, quàm si Priuata curia, & Finantiarum officia, in Proceres transferat Rex Philippus: Conciliúmque vnum, veluti vnum corpus, ex omnibus faciat. Postulandum hoc est ab eo disertis verbis, nullum alioqui fructum legatio habitura est. Tum conceptam à se formulam depromens, in intempestam noctem sermonẽ protraxit. Lassa Gubernatrix & attonita ad cœnam discessit atq; in posterum diem

Concilium distulit. Ad hanc orationem Viglius diriguit. In se potissimùm iaculatam viderat, & fundamenta imperij quati senserat. Ergo anxius animo, secretâ æstimatione voluebat, quid postridiè responsurus esset calumnijs. Inter curam & meditationes insomnem noctem protraxit. Surgente die habitũ corporis componens, rotantibus oculis linqui animo cœpit. neruísque in stuporem actis, totum corpus sensus destituit. Exspiranti similem minister inuenit. cùm nec satis compotem mentis amici renunciarent, in eius locum ad Concilium Status Ioachimus Hoperus accitus fuit. Vir antiquus, & grauis, sanctitate morum, & eloquentiâ excellens. Quædam de abrogandâ Inquisitione, derogandísque legibus, & confusione Curiarum mandatis adiecit; non tam volente Gubernatrice, quàm non prohibente. Post calend. Ianu. digredientem Egmondanum Viglius orauit, vt vacationem sibi à Rege peteret. Ægritudinem animi in contemplationem doloris detenti, & fatigatum laboribus corpus

corpus prætendens: re verâ apud amicos priuatæ vitæ desiderium testabatur; *Peruenisse se ad extremum fastigij. decidere posse, progredi verò non posse. tempus esse subducere ceruicem iugo tritam, & eripere se fortunæ fastidio. Rarò potentiam diuturnam. nec eodem statu fortunam consistere; quæ post satietatem, ferè desæuit in eos, quos propiore amicitiæ gradu Principibus admouit. Posse reliquum ætatis sapientiæ concedi: quod in republicâ per indignationem, & discordias transmittendum sibi foret proceribus inuiso; non aliquâ suâ culpâ: sed quia flagitiorum impatiens, suaderet optima. Prospectare imminentes seditiones, per nimium magnatum in scelus consensum; per laceratam superstitionibus regionem, legibúsque parere nesciam. & ni benignius aliquod astrum adfulserit, vndaturam breui ciuili sanguine. & hæc omnia priuatâ vitâ se vitare.*

Intereà Egmondanum in Hispaniâ magno honore, donísque Rex coluit. Ea tamen quæ in Belgio agitarentur tristior accepit. Quem

MDLXV. Stylo veteri. Quem cum Alexandro Farnesio Gubernatricis filio à se dimittens, perferenda mandata dedit in hanc sententiam. *Gratissimis auribus legationem excepi. ex his quæ deferebantur cognosco sollicitudinem tuam. salutem publicam fidei tuæ diligenter commendo. Propter impendentem Turcicorum armorum necessitatem arctius in Hispaniâ detineor. nec referre pedem inde possum, nisi vt fugitiuo similis videar, ac desperare de successu victoriæ. vt proximo anno veniam, summâ ope nitemur. Destino interim ad te ingentem vim pecuniæ, vt nominibus meis æs alienum exoluas. De remedio iustitiæ vos videritis, & integrum ad me negotium referte. Caterùm religionis causam perfunctoriam non existimo. multa simul in contemplationem veniunt. quæ hoc ampliùs curam intendunt meam, quò propriori vinculo obstricta sunt fastigia. cæteris in rebus in eo stant consilia mea vt eligere poßim. huius longè alia est condicio. Rex per leges esse non possum, nisi & catholicus; nec proinde aliјs quàm catholi-*

tholicis imperare. Equidem ſpiritu nihil carius habeo. eius tamen naufragium longè vilius religione duco. Imò potius millies moriar (ſi per naturam liceat) quàm vt in hac re mutationem admittam. Itaque tres epiſcopos, cum theologis, ac conſiliarijs aliquot vocabis in concilium. memento viros eligas, famâ conſpicuos, nec deteriores ingenijs. Inter eos vnum tibi Rythouium præcipio. de cæteris ipſa melius deſpicies. Quo pacto optima præcipi poßint conſtituere eos iubeo. ne plebeia ingenia inopiâ doctrinæ, poſthac trahantur in errores animi. contaminati verò ſanitatem debeant melioribus diſciplinis. Deinde quis ordo ſeruandus in ſcholis; quâ ratione iuuentus formanda quàm optimis ſtudijs. Multi enim inſtitutionis vitio degenerant à ſenſu maiorum, & falſas ſibi perſuaſiones induunt. Diſcutient deniq; an priſtinæ legum pœnæ mitigari debeant. Nam vt relictum ſibi ſcelus, ſine metu licentiam exerceat, mihi non eſt animus. Pœnam aliquam ſanciri volo: & quidem va-

lidam, ad frenandam istorum hominum amentiam. Nam vt inulti, & securi degant, nec condicio publicæ tranquillitatis, nec diuini cultus ministerium postulat. Quamuis interim ostentata supplicia nec mihi satis videantur conducere rationibus temporum. quia damnatos audio lætantium more canentes, atque inuicem se adhortantes, vltimam necessitatem excipere. Hæc ergo summâ agentur diligentiâ, prout magnitudo rerum postulat. vt si nos intentos viderint boni, resumant animum: mali verò despondeant. integra tamen omnia mihi serua.

Proceres episcopi & consiliarij conueniunt.

Hæc relationis summa erat. quam III. non. May Gubernatrici exhibuit. pronúmque Regis in Proceres affectum, sincerúmque gaudium testabatur quod eâ legatione perceperat. Dein agitatum quos ad exequendam Regis voluntatem adhiberent in concilium. Ex episcopis suprà Rythouium, in Namurcensem & Audomarensem consensum est. His adiuncti Iacobus Martins Flandriæ, Hippo-

Hippolitus Persin Vltraiectensium præsides, Antonius Meulenare consiliarius Mechliniensis, Iodocus Tiletanus theologiæ, Wilmarus Bernarts canonum, professores. Viri eruditione illius temporis exculti, ac diuini humaníque iuris scientiâ præter cæteros insignes. IV. cal. Iun. in aulam conuenere. sed ne rei quæ agitaretur suspicionem populo facerent; quæsitus est color. Concilium Tridentinum retractaturi fingebantur. Primâ die facilis, & expedita deliberatio. Quærebatur de rectâ institutione fidei; de excutiendis sacerdotum ingenijs, non irritatâ vetustate ad ignauiam prolapsis. sed in eam partem Concilium Tridentinum abundè prospexerat. saluberrima ecclesiæ reperta, Christianísque principibus ferè placita, sine scelere verti non posse. dandam operam vt in mores venirent. Et in hanc sententiam facta est discessio. Sequens cognitio longâ contentione, variísque orationibus agitata fuit. Episcopi contumaciter intercedebant pro legibus, quarum vtilitatem

prioris temporis innocentia sanxerat. Proceres è diuerso, *quondam placuisse* dicebant *acriora remedia, temporibus sic postulantibus. aliam ætatem, alios mores requirere. vt annorum vices, ita & vitiorum esse. Veteres sæculi sui innocentiam: se præsentis æui genium intelligere. in republicâ idem semper spectare oportere; non idem semper conuenire.* **legum opportunitates non vno statu** *consistere. mutari solere pro temporum moribus, atque vtilitatum præsentium rationibus inseruire. Non esse laudatam in vnâ sententiâ perpetuam permansionem. Nautas aliquando non alitèr, quàm flectendo in portum peruenire. cùm homines non possunt, flecti debere leges, quas mortales, & temporibus aptas prudentia condidisset. Eas quidem salubres olim, satisque validas fuisse vt perniciosa excluderent. vitijs vsqueadeo non feruentibus; cùm malorum initia adhuc in potestate forent: nunc tamen impares esse ad exstirpandum virus quod tot simul gentes corripuit. adeò facilius excludi vitia, quam*

quàm eyci. Sic diffiſſum eſt negotium. Auriacus verò poſtridiè iuſſu Gubernatricis præſentis temporis calamitatem expoſuit. *Nec immeritò*, inquit, *commoueor nomine reipublicæ; quam circùm, intráque ſectarij laceſſunt, & penetralia eius crebris quatiunt motibus. Remedia iſta languentis æui modum excedunt. niſi ſponte in Labyrinthum currere placet, vnde ſera nos pœnitentia ſine pudore, & damno non eripiat. ſi neſcitis, atrociſſima religionis ſunt diſſidia. In Gallis præſens habemus exemplum. nunc in ſe acrius, quàm in nos olim incurrerunt. tam vaſtum regnum ita ſeditione diſtractum eſt, vt videatur aliter componi non poſſe, quàm alterius partis exitio. Quid ſi ſectarij noſtri, quod ſuis nequeunt conſequi viribus, excidio patriæ quærant, æmuláſq; gentes ſpecie auxilij accerſant in laceratum diſcordiis imperium? acerrimus morſus eſt irritatæ neceſſitatis. Neque ignoro adferri multa poſſe, quæ a derogandis legibus nos abſterreant. Nam nec ipſe*

leges temerè vertendas iudico; si pares erunt flagitijs; si condicio seculi inutiles non fecit; si tempora aliud non desiderent. Nunc etiàm horrorem illarum iudices auersantur, & ad rigorem calculos non porrigunt. Et quid obsecro profectum tam exquisitis suppliciis? Carcerem, laqueos, cruciatus homines isti ridendo excipiunt. aduersùs terribiles flammarum apparatus rectos oculos tenent, nemo tot vexatus tormentis pœnitentiæ vestigia exhibuit. Et si verum volimus, cottidianis spectaculis animatur constantia. vnius exitium, plurium est illecebra. Adhæc verendum ne lacessita patientia exeat in furorem, & ad armorum necessitatem desperatio traducatur.

Episcopi certant pro legibus.

Hæc & similia Auriacus. Sed episcopi in contrarium arguebant: *Sectarios nullâ flecti clementiâ. patientiam nostram contemptim pro imbecillitate accipere. Diuersum ceteris mortalibus illud esse genus hominum. reliqua scelera intrà conscientiam latere. hoc vnum non ante quiescere, quàm regnum occupauerit.*

uerit. ferro opus vt exſcindatur tabes, priuſquàm in plures ſerpat. nundum eo gradu conſiſtere, vnde deyci non poſſit. ſed ne quid damni coërcitio in rempublicam infundat, pœnarum gradus ſtatui poſſe. Doctoribus, Miniſtris, relapſis, contumacibus vltima ponantur ſupplicia. pœnitentiâ flexi, exutis bonis prouinciâ cedant. verberibus & exilio plectatur nequitia, quæ non ex alto proceſſit; ſed animorum ſimplicitatem occupauit. In omni denique animaduerſione dignitatis, ſexus, ætatis rationem iudices habeant. Si publicum exemplum non permiſerit iracundia temporis, integrum eis ſit repetitis calculis condemnatos ad triremes abycere. Hæc ſecretò mandari iudicibus poſſe, vt ipſi cognoſcant neque gratiæ aliquid concedi, neq; inexorabiles pœnas conſtitui. Cùm ferueſcerent ſtudia partium, his pro legibus, illis contra contumaciter nitentibus, iuſſi ſunt epiſcopi in codicillos referre ſententiam ſuam. Proceres autem vt ſubſcriberent perſuaderi non poterant. Rogati verò

torpe-

Non superarent tot diuitiæ istis hominibus, è scholastico squallore in Concilium accitis, si muneribus nihil concederent. Scimus quo conducti sint stipendio. nec illud par esse, quod luxum, & pompam, & tam infames sumptus toleret. Vtinam tam modestè peccarent vt negari flagitia possent. Nunc si populo credimus, non aliter rectius quàm auro tentantur. nec quidquam tam sanctè indulgent, vt non accipiant. sed vt promiscuè omnes auaritiæ non insimulem: accusare certamina, inuidiam simultates possum, & priuati odij stimulos, quibus aduersandi libidine inuicem se lacessunt, & miserorum calamitatibus iniuriæ suæ litant. Quis probet intempestiuam Cancellarij Brabantiæ iurgandi licentiam, & exerceri solitas cum Masio contentiones? dicerem erupturas in publicam pernitiem, nisi quis crederet à me malignius prolata, ad conflandam inuidiam. Interim scimus quàm turbida sint consilia eorum, quibus affectus officit. Non est igitur quòd in discrimen vocent innocentiam Procerum. quasi scilicet Gubernatores,

ad

ad infamis cuiúsque lictoris libidinem centurias militum subministrare debeant. Ponant illi senatores modum animo suo. ne tam proni sint ad indulgentias, quas cùm à nobis non impetrauerint rei, in istâ curià statim redimunt. Hoc est quod rempublicam funditùs trahit. Nemo ad remittenda scelera facilis esse potest, quin semper aliquid adÿciat malo publico. Nunquam mihi placuit, in tot Concilia curas imperÿ, & arcana distrahi. Sufficit omnibus Concilium Status. & hoc ipsum Proceres non rarò inter se secretò mussitarunt: ideóq; nunc repeto, vt omnes intelligant, haut aliter tot malorum finem haberi posse, quàm si Priuata curiæ, & Finantiarum officia, in Proceres transferat Rex Philippus: Conciliúmque vnum, veluti vnum corpus, ex omnibus faciat. Postulandum hoc est ab eo disertis verbis, nullum alioqui fructum legatio habitura est. Tum conceptam à se formulam depromens, in intempestam noctem sermonẽ protraxit. Lassa Gubernatrix & attonita ad cœnam discessit atq; in posterum diem

Concilium distulit. Ad hanc orationem Viglius diriguit. In se potissimùm iaculatam viderat, & fundamenta imperij quati senserat. Ergo anxius animo, secretâ æstimatione voluebat, quid postridiè responsurus esset calumnijs. Inter curam & meditationes insomnem noctem protraxit. Surgente die habitũ corporis componens, rotantibus oculis linqui animo cœpit. neruísque in stuporem actis, totum corpus sensus destituit. Exspiranti similem minister inuenit. cùm nec satis compotem mentis amici renunciarent, in eius locum ad Concilium Status Ioachimus Hoperus accitus fuit. Vir antiquus, & grauis, sanctitate morum, & eloquentiâ excellens. Quædam de abrogandâ Inquisitione, derogandísque legibus, & confusione Curiarum mandatis adiecit; non tam volente Gubernatrice, quàm non prohibente. Post calend. Ianu. digredientem Egmondanum Viglius orauit, vt vacationem sibi à Rege peteret. Ægritudinem animi in contemplationem doloris detenti, & fatigatum laboribus corpus

corpus prætendens: re verâ apud amicos priuatæ vitæ desiderium testabatur; *Peruenisse se ad extremum fastigij. decidere posse, progredi verò non posse. tempus esse subducere ceruicem iugo tritam, & eripere se fortunæ fastidio. Raro potentiam diuturnam. nec eodem statu fortunam consistere; quæ post satietatem, ferè desæuit in eos, quos propiore amicitiæ gradu Principibus admouit. Posse reliquum ætatis sapientiæ concedi: quod in republicâ per indignationem, & discordias transmittendum sibi foret proceribus inuiso; non aliquâ suâ culpâ: sed quia flagitiorum impatiens, suaderet optima. Prospectare imminentes seditiones, per nimium magnatum in scelus consensum; per laceratam superstitionibus regionem, legibúsque parere nesciam. & ni benignius aliquod astrum adfulserit, vndaturam breui ciuili sanguine. & hæc omnia priuatâ vitâ se vitare.*

Intereà Egmondanum in Hispaniâ magno honore, donísque Rex coluit. Ea tamen quæ in Belgio agitarentur tristior accepit.

Quem

MDLXV. Stylo veteri. Quem cum Alexandro Farnesio Gubernatricis filio à se dimittens, perferenda mandata dedit in hanc sententiam. *Gratissimis auribus legationem excepi. ex his quæ deferebantur cognosco sollicitudinem tuam. salutem publicam fidei tuæ diligenter commendo. Propter impendentem Turcicorum armorum necessitatem arctius in Hispaniâ detineor. nec referre pedem inde possum, nisi vt fugitiuo similis videar, ac desperare de successu victoriæ. vt proximo anno veniam, summâ ope nitemur. Destino interim ad te ingentem vim pecuniæ, vt nominibus meis æs alienum exoluas. De remedio iustitiæ vos videritis, & integrum ad me negotium referte. Cæterùm religionis causam perfunctoriam non existimo. multa simul in contemplationem veniunt. quæ hoc ampliùs curam intendunt meam, quò propriori vinculo obstricta sunt fastigia. cæteris in rebus in eo stant consilia mea vt eligere possim. huius longè alia est condicio. Rex per leges esse non possum, nisi & catholicus; nec proinde alijs quàm catholi-*

tholi-

tholicis imperare. Equidem spiritu nihil carius habeo. eius tamen naufragium longè vilius religione duco. Imò potius millies moriar (si per naturam liceat) quàm vt in hac re mutationem admittam. Itaque tres episcopos, cum theologis, ac consiliariys aliquot vocabis in concilium. memento viros eligas, famâ conspicuos, nec deteriores ingeniis. Inter eos vnum tibi Rythouium praecipio. de caeteris ipsa melius despicies. Quo pacto optima praecipi possint constituere eos iubeo. ne plebeia ingenia inopiâ doctrinae, posthac trahantur in errores animi. contaminati verò sanitatem debeant melioribus disciplinis. Deinde quis ordo seruandus in scholis; quâ ratione iuuentus formanda quàm optimis studiis. Multi enim institutionis vitio degenerant à sensu maiorum, & falsas sibi persuasiones induunt. Discutient deniq; an pristinae legum poenae mitigari debeant. Nam vt relictum sibi scelus, sine metu licentiam exerceat, mihi non est animus. Poenam aliquam sanciri volo: & quidem va-

lidam, ad frenandam istorum hominum amentiam. Nam vt inulti, & securi degant, nec condicio publica tranquillitatis, nec diuini cultus ministerium postulat. Quamuis interim ostentata supplicia nec mihi satis videantur conducere rationibus temporum. quia damnatos audio lætantium more canentes, atque inuicem se adhortantes, vltimam necessitatem excipere. Hæc ergo summâ agentur diligentiâ, prout magnitudo rerum postulat. vt si nos intentos viderint boni, resumant animum: mali verò despondeant. integra tamen omnia mihi serua.

Proceres episcopi & consiliarij conueniunt. Hæc relationis summa erat. quam III. non. May Gubernatrici exhibuit. pronúmque Regis in Proceres affectum, sincerúmque gaudium testabatur quod eâ legatione perceperat. Dein agitatum quos ad exequendam Regis voluntatem adhiberent in concilium. Ex episcopis suprà Rythouium, in Namurcensem & Audomarensem consensum est. His adiuncti Iacobus Martins Flandriæ, Hippo-

Hippolitus Persin Vltraiectensium præsides, Antonius Meulenare consiliarius Mechliniensis, Iodocus Tiletanus theologiæ, Wilmarus Bernarts canonum, professores. Viri eruditione illius temporis exculti, ac diuini humanique iuris scientiâ præter cæteros insignes. IV. cal Iun. in aulam conuenere. sed ne rei quæ agitaretur suspicionem populo facerent; quæsitus est color. Concilium Tridentinum retractaturi fingebantur. Primâ die facilis, & expedita deliberatio. Quærebatur de rectâ institutione fidei; de excutiendis sacerdotum ingenijs, non irritatâ vetustate ad ignauiam prolapsis. sed in eam partem Concilium Tridentinum abundè prospexerat. saluberrima ecclesiæ reperta, Christianisque principibus ferè placita, sine scelere verti non posse. dandam operam vt in mores venirent. Et in hanc sententiam facta est discessio. Sequens cognitio longâ contentione, variisque orationibus agitata fuit. Episcopi contumaciter intercedebant pro legibus, quarum vtilitatem

prioris temporis innocentia sanxerat. Proceres è diuerso, *quondam placuisse* dicebant *acriora remedia, temporibus sic postulantibus. aliam ætatem, alios mores requirere. vt annorum vices, ita & vitiorum esse. Veteres sæculi sui innocentiam: se præsentis æui genium intelligere. in republicâ idem semper spectare oportere; non idem semper conuenire. legum opportunitates non vno statu consistere. mutari solere pro temporum moribus, atque vtilitatum præsentium rationibus inseruire. Non esse laudatam in vnâ sententiâ perpetuam permansionem. Nautas aliquando non alitèr, quàm flectendo in portum peruenire. cùm homines non possunt, flecti debere leges, quas mortales, & temporibus aptas prudentia condidisset. Eas quidem salubres olim, satisque validas fuisse vt perniciosa excluderent. vitijs vsqueadeo non feruentibus; cùm malorum initia adhuc in potestate forent: nunc tamen impares esse ad exstirpandum virus quod tot simul gentes corripuit. adeò facilius excludi vitia, quam*

quam

quàm eijci. Sic diffissum est negotium. Auriacus verò postridiè iussu Gubernatricis præsentis temporis calamitatem exposuit. *Nec immeritò*, inquit, *commoueor nomine reipublicæ; quam circùm, intráque sectarij lacessunt, & penetralia eius crebris quatiunt motibus. Remedia ista languentis æui modum excedunt. nisi sponte in Labyrinthum currere placet, vnde sera nos pœnitentia sine pudore, & damno non eripiat. si nescitis, atrocissima religionis sunt dissidia. In Gallis præsens habemus exemplum. nunc in se acrius, quàm in nos olim incurrerunt. tam vastum regnum ita seditione distractum est, vt videatur aliter componi non posse, quàm alterius partis exitio. Quid si sectarij nostri, quod suis nequeunt consequi viribus, excidio patriæ quærant, æmulásque gentes specie auxilij accersant in laceratum discordiis imperium? acerrimus morsus est irritatæ necessitatis. Neque ignoro adferri multa posse, quæ a derogandis legibus nos absterreant. Nam nec ipse*

uerit. ferro opus vt exſcindatur tabes, priuſquàm in plures ſerpat. nundum eo gradu conſiſtere, vnde deijci non poßit. ſed ne quid damni coërcitio in rempublicam infundat, pœnarum gradus ſtatui poſſe. Doctoribus, Miniſtris, relapſis, contumacibus vltima ponantur ſupplicia. pœnitentiâ flexi, exutis bonis prouinciâ cedant. verberibus & exilio plectatur nequitia, quæ non ex altò proceßit; ſed animorum ſimplicitatem occupauit. In omni denique animaduerſione dignitatis, ſexus, ætatis rationem iudices habeant. Si publicum exemplum non permiſerit iracundia temporis, integrum eis ſit repetitis calculis condemnatos ad triremes abijcere. Hæc ſecretò mandari iudicibus poſſe, vt ipſi cognoſcant neque gratiæ aliquid concedi, neq; inexorabiles pœnas conſtitui. Cùm ferueſcerent ſtudia partium, his pro legibus, illis contra contumaciter nitentibus, iuſſi ſunt epiſcopi in codicillos referre ſententiam ſuam. Proceres autem vt ſubſcriberent perſuaderi non poterant. Rogati verò

torpe-

torpedini iustitiæ remedium quærerent, varijs dilationibus relationem frustrati, spatio tandem languescere passi sunt: vt ferè in republicâ solent fastidita negotia. Odio præsentium, & ne sine causâ mutationem legum postulasse crederentur, turbari cuncta malebant. Et nunquam posteà de iustitiâ quæsitum.

Inter quæ superueniunt à rege epistolæ, Concilij Tridentini publicationem mandantes, cum paucorum Anabaptistarum supplicio; quorum exitium non ausa Gubernatrix, ad Philippum detulerat. Tunc demùm recruduit ira Procerum. Ausúsque est Auriacus Egmondanum insimulare, blanditijs captum, nihil præter inanem promissorum pompam ex Hispaniâ retulisse. Et ille non obscurè arguebat inconstantiam Philippi Regis, nec verbis eius fidem constare. Sed Gubernatrix cuncta in mollius flectebat, & ad roganda Concilij Tridentini decreta cogebat Proceres in curiam.

Tri-

Tridentum in Venetiarum finibus, inter montium amplexus, modicâ planitie ad Athesim accumbit. Tristis scopulis, & horrida regio, immitibúsque damnata frigoribus, sed amoena ædificijs ciuitas, Italicis sicarijs quasi ad asylum seponitur. In hac oecumenicum Concilium magnâ frequentiâ celebratũ, ex loci vocabulo nomen accepit. Nam cùm Martinus Lutherus sacerdotũ odio ferox, lacesseret passim tranquillitatem ecclesiæ: Carolus Cæsar in hoc totus incubuit, vt dissidentes Germanias generali aliquo Concilio reuocaret ad pacem. Leonem tamen, & Adrianum, & Clementem Pontifices nequicquam sollicitauit. Cæterùm grauescentibus indies malis, desideratas diu curas Paulus Tertius salutaribus auspicijs aggressus est. ac primùm Mantuæ, deinde Vicetiæ, ad extremum Tridenti conuentum indixit. Huic rei non alia ciuitas magis idonea, inter Germanos, Italósque media, ab Hispanis, Gallísque haut procul seiungitur. Sed cùm nunc commissi inter se bello principes Christiani

Concilium Tridentinum promulgari iubetur.

ſtiani, nunc aliæ, atque aliæ cauſæ, & ſuſpiciones, tàm ſanctum negotium interrumpeperent: Pius Quartus VII. cal. Febr. MIƆLXIII finem impoſuit, eiúſque publicationē Chriſtianis Principibus paſſim cōmendauit. Tranſmiſſum ergò in Belgium à Philippo Rege, Proceribus examinandum traditur. Neç ea res minori acta eſt certamine. Duæ ſententiæ ſenatum diſtrahebant. altera ſuadebat rogationem, quæ vbi mandaretur à Rege ſine ſcelere differri non poſſet. altera patriarum legum reuerentiam opponebat. Quo enim animo laturum populum, inſtituta maiorum, & priuilegia inaudito ſibi eripi? ſcribendum ante ad epiſcopos; ſcribendum ad prouinciarū rectores, vt ijs ſaltèm conſentientibus noua illa decreta ferantur. Et hoc vltimum Gubernatrici non diſplicuit. ſtatímque miſit per prouincias. Reſponſum eſt ab epiſcopis, cæteríſque Tridentinum Concilium publicari ita poſſe, vt regalibus, priuilegijs, iuriſdictionibus, indultis, nominationibus, viſitationibus, patronis, pauperúmque, & eccleſiæ bonis non deroget.

roget. Hinc inter Proceres magna opinionum circà ipſam promulgationem differentia. alij ſub formulâ; alij ſine exceptione faciendam ſuadebant. Digna res viſa de quâ conſuleretur Rex Philippus. Et ille quidem promulgationem ſine exceptione mandauit; cætera ſe curaturum affirmans. Itaque Gubernatrix xi. cal. Iul. vno exemplo ſcripſit ad archiepiſcopos in hanc ſententiam. *Publicationem Concilij Tridentini Rex in ſe ſuſcepit. Idem mihi iniunxit, vt in Belgio quamprimùm perficerem. A vobis peto ne tam ſalutare differatis negotium. Si manu militari eſt opus, exigite à rectoribus prouinciarum, niſi eligatis à me accipere. ſed ne quis priuilegiorum, aut conſtitutorum, vel alio aliquo prætextu excuſationem obtendat: voluntas Regis eſt, ſua cuiq; iura interim ſalua, atque inuiolata relinquere.* Primus omnium archiepiſcopus Cameracenſis, nec ſine contentione vulgauit. Eandem enim regionem necdum contagio latè inſederat. Poſt multum demùm temporis Mechlinienſis ægrius obtinuit. Vltraiectino pertinaciùs contradictum. Canonici inſoli-

tam seueritatem aspernabantur. spernendi morum, & licentiæ assueti, cum archiepiscopo crebrò intendebant certamen, cuius frugalitatem pro vitijs oderant. Frisiorum ciuitates misere legatos in curiam. Opponentibus maiorum mores, & constituta, responsum fuit, nihil adferri cur morarentur desiderium Regis, quod cæteræ prouinciæ tam promptè absoluerant. Nec eosdem nunc scrupulos sibi primùm moueri. plures prouincias idem agitasse: sed manere iura sua cunctis integra, quoad disquisierit Rex, quid de his fieri placeat. Non mouebant hæc Frisios, obstinatos aduersus imperium. multísque contradictionibus auctoritatem Gubernatricis destructam, sequens motus languentem extinxit.

Responsum Regis ad episcoporũ sententiã. Cæterùm Rex Philippus, episcoporum, & theologorum, aliorúmque sententiam pridem acceperat. diúque pensatis omnibus, & habito sæpius consilio, tandem in hunc modum rescripsit Gubernatrici. *In quo rerum articulo conflictetur religio, ex te accepi. vim*

legum

legum remittere non conuenit. Quis ignorat quin facturus sim peßimo publico, si crescentibus sceleribus pœnas detraxero? Horum vltione nihil cordi magis habeo. vt iudices admoneas officij, fidei committo tuæ. sine publico exitio segnes esse non possunt. Et certè qui tanti mali causam propius quæret, illorum ignauiæ meritò imputet. Nimiùm mansueti in sontes fuere. quod illi misericordiam, ego crudelitatem esse censeo. Proinde si qui tibi posthac meticulosi videbuntur, licet ad me scribas. ego verò animosiores substituam. Non deerunt in tam vastâ regione, qui officium colant, numinúmque cultum vindicent. Inquisitionem superuacuam non duco. tolli non potest, nisi vt diuina simul, & humana iura violentur. Neque ego iam noua incipio. Cæsarea maiestas quæstionem eam induxit. vtor ergò prouisis olim remedijs. Cui enim non constat, longè tristiora exspectanda esse, si securum iter relinquamus flagitiis? occupandi sunt hæretici, priusquàm ab illis occupemur. Quantò intentius nos agemus, tantò

illis animus futurus est infirmior. Supplicij acerbitas bene viuendi disciplina est. Primo statim tempore, volo Anabaptistas in vinculis habitos vltimo tradi supplicio. iamdiu extinctos esse oportuit. Nec Egmondano cùm ad me venit fidem dedi, interim eos me sine noxâ habiturum. Referenti quippe sectarios magno gaudio tormenta excipere; videret igitur, respondi, an publicè non conduceret, secretò sontibus eripere spiritum. De cætero quod ad eam rem attinet, episcoporum iudicium sequor. Rectè illi censent insanabiles esse misericordiâ hæreticorum animos. ita altè contumaciam perbibêre, vt nisi cum animâ superstitionem exuant. Fortius itaq; inurendum est aliquid. solida malitia, solida remedia postulat. In communi periculo optimum misericordiæ genus est, occidere. Si exempla non admittimus, quì consuli poterit ne peccetur? Inquisitores præter me intueri neminem volo. Lacessant scelus securi. satis est mihi, si scandalum declinauerint. Ego iræ populi me offeram; locúmque inueniam despe-

rata

ratæ victoriæ. Codicillos episcoporum vnà remisit, adiectis ad marginem notis; vt magis eluceret, quæ culpanda, quæ probanda credidisset. De curiarum confusione mentionem non fecit. Ducem tamen Arschotanum extulit in Concilium Status: tenacem religionis, & æmulatione familiæ Nassouijs pridem infestum nouerat; & si pristina recrudescerent odia, securitatem sibi promittebat ex discordiâ Procerum, raro noxiâ principibus, quoties ipsi partibus non accesserint. Acceptâ à Viglio ætatis excusatione, Carolum Tissenacquium suffecit; prudentiam, bonásque artes in viro secutus. Ioachimum Hoperum Tissenacquio substituit.

Vbi hæc fama manauit in publicum, summa populi turbatio fuit. Hispanicæ Inquisitionis auspicium litteræ Regis mandare ferebantur. Et pridem Inquisitionis nomen in horrorem cesserat, cui atrocissima quæque malignitas affinxerat. Criminabatur Proceres Philippum Regem à Granuellano obsessum; inter

inter gentem Belgis æmulam, atque infensam cogitare seruitutem prouinciarum omnium,& in præludiū eius Inquisitionem præmittere. Quæ cuncta clientes licentiùs spargebant in populum. Nec crebrior alius sermo per circulos, & conuiuia, quàm, *velamentum quæri ad perdendam innocentiam. iurisdictiones, & imperia hominibus concedi, qui non iure, non legibus agerent: sed per vana, per calumnias, per nebulas suspicionum grassarentur in familias diuitum. ademptum iam cuique commercium sermonis, paratis semper delatoribus, qui in foro, in conuiuijs, in domibus, & vndique vniuscuiusq; verba, nutúmque exciperent. neminem fore insontem, qui inimicum inueniet ausurum accusare. tantam nulli potentiam, in quem superciliosa illa auctoritas non arrogaret imperium. nihil fascibus concedere, nihil sceptris deferre. Carolum Cæsarem criminationibus notatum, quòd cum Lutheranis in Germaniâ mitius vixisset. Parari in Germaniâ exercitus, qui inuisum Belgis tribunal per vim stabili-*

ſtabiliant. Alfonſum de Canto, carcerem, vincula, compedes Bruxellis inſtruere. His rebus iter ſibi moliri ad vertenda priuilegia; ad extorquendam libertatem, Dominantibus ſemper inuiſam. Mera ſine dubio inſomnia erant. plebs tamen promiſcuè credebat, querebatúrque; ſine veri, aut falſi diſcrimine; vt quémque metus, dolor, indignatio, conſcientia impulerat. Hinc nefariæ voces, & turbulenti ſermones. qui intra paucorum conſcientiam ante occulti, tunc primùm, ſoluto metu vagabantur. Libertatem eiuſmodi loquendi proteruia Procerum aperuerat.

Fortè eâ tempeſtate inciderant Montignæi nuptiæ. Multi ex magnatibus ad ſolemnia conuenerant. Incaleſcentes mero in Inquiſitionem, & edicta atrociter perorabant; nec maledictis abſtinebant in Regem. adeò vt quidam obteſtarentur ſacramento, ni leges flecteret ſuas, ab inuito ſe libertatem expetituros. Quæ vox ab aſtantibus excepta, & indè repens in vulgus; nihil modeſtiæ reli-

quum fecit. Positi ad valuas Procerum palam libelli; parentes, patroni, protectores nouæ religionis appellabantur; & si animus sit pro libertate consurgere, promittebant non defore populū. Quidam etiam mimographorum, & id genus ludrica carmina in sacerdotes, & episcopos spargebant; simul in Romanum Pontificem exonerabant virus insanientis ingenij. Nec quidquam eorum latebat Gubernatricem: sed de imperio Regis solicita, à primoribus ciuitatum secretò quærebat, an suprà remedium malitia consisteret. Plerisque omnibus consistere negantibus: Priuatum Concilium cum Proceribus in curiam contraxit, rogatura auxilium. Anceps deliberatio fuit, hinc Inquisitionis inuidiam, indè obfirmatum Regis imperium reputantibus. Sententia Viglij litterarum regiarum publicationem differendam esse ferebat; quo in statu respublica esset ostendens. importuniora remedia illa pristinis malis. Monēdos potius Inquisitores, ne iudicia, quæ in hæresim habent, vltrà solitum intendant, vel ad aliena traducant

cant delicta, & ſine duritie poteſtatem exerceant. Huic mòx conſilio Auriacum aduerſarium expertus eſt. Liquidum Regis imperium ſine contumaciæ ſcelere protrahi non poſſe. interim rem eſſe altam, plenámque periculi. quomodò tamen excuſaturos, quòd tot protelationibus deliberatam eius voluntatem fruſtrarentur? Agedùm, inquit Viglius, ego totam Regis iram in me ſuſcipio. ſeruata reipublicæ tranquillitas nos abſoluet. Et videbatur Gubernatrix inclinatura in hanc ſententiam; cum Auriacus irato ſimilis, intonare cœpit; perfectum hactenùs, ne quid amplius à ſe deſideraretur. nihil litteris, nihil legationibus profectum. quid ergò exſpectarent? niſi parere omninò nollent Regi, vt omnem ipſi inuidiam in Proceres reijcerent. Incerta conſilij Gubernatrix, atquè hùc, illùc ex cuiuſque ſententiâ fluctuans, acceſſit tandèm triſtiora ſuadentibus, quanquàm irati populi inſaniam & impendentia pericula ſatis proſpiceret: omnem tamen fiduciam in proceribus reponebat. Sed illi econtra

maturabant exitium publicum. vt funeſtus rerum exitus probaret, conſilium quod ipſi tradidiſſent Regi, fuiſſe optimum. Lætus ergò Auriacus, atque renidens, proximè ſibi aſſidenti ſuſurrauit in aurem, viſuros ſe propedièm ingentem tragœdiam.

Sed locus admonet, vt de initijs, & progreſſu Inquiſitionis pauca diſſeram; quibuſque cauſis ad hanc legum acerbitatem peruentum ſit. Hiſpania à Romanis ſubacta, frigente iam imperio, Alanis, Vandaliſque Galliâ pulſis refugium dedit. Quos cùm & illic Gottorum arma perſequerentur, Genſerico, & Gunthario ducibus traiecere in Africam. Gotti verò tanquàm non ſibi, ſed Hiſpanis ipſis viciſſent, priſtinis incolis còadunantur, & ex varijs gentibus vnum veluti corpus, & Chriſtianum populum conſtituunt. Poſt multùm temporis Rodericus Rex nobiliſſimæ filiæ ſtuprum intulit. Iulianus comes puellæ pater, in vltionem ſceleris Alanos, Vandalóſque rurſus accerſit in Hiſpaniam. Qui permixtis ſibi Iudæis, ac Sarace-

Initium Inquiſitionis.

racenis, ingentíque variarum gentium colluuie, opposita Africæ littora populis inundant. Hispanos congredi ausos, varijs cladibus afficiunt. Postremò ad internecionem cæsos, & in Asturiæ compulsos saltus, pro victis relinquunt. Inde Barbari iam securi, & sibi quisque regnum occupantes, in diuersa distrahuntur imperia. sed neç infelicis exercitus reliquiæ in horridis suis montibus diu quieuere. Pelagium quendam regio ortum sanguine, ducem assumunt. Cuius fiduciâ cum Barbaris conferre manus ausi, & interdum victores, subegere primùm finitimos. deindè alium post alium Regem aggressi, dum cum singulis pugnant, magnorum incrementorum fundamenta collocant. Sed nihil adhuc quàm sceptrum victis ademerant; tributo contenti, quod capitatìm pendere solebant barbari. Cæterùm Christianis cum Saraceno non satis conueniebat, crebras iras exercentibus discordiâ religionis. Et Barbari ferè potentiores erant, quàm vt timeri non possent. Itaque Ferdinandus, &

Iſabella ſemel & in perpetuum ſecuritati conſulere volentes, dimittunt per regna præcones, qui iuberent omnes excedere regno, aut Chriſtiano ritu imbui. Plures Mauri penè octo iàm ſæculis Hiſpaniæ incubantes, redditi ſunt Africæ ſuæ. multos tamen natalis ſoli dulcedo retinuit. Qui ne ſimulatâ religione inter Chriſtianos profani viuerent, Ferdinandus atrocibus deterruit legibus, & ad eoſdem perſequendos Inquiſitores inſtituit. Sed vt poteſtatem illam ſanctiorem efficeret, Dominicanæ familiæ peculiarem fecit. non habentibus tribunal erexit. leges, & cæremonias in eam rem vtiliter reperit, & ad terrorem omnia inſtruxit. Damnati tanquam piaculares victimæ ad ſupplicia protrahuntur. ſolemni pompâ ſacerdotes præeunt, ſacrum canentes carmen. Ponè ſacerdotes reus ſequitur, croceo amiculo velatus, quod nigrantia geniorum ſimulacra, circumquaque interſtingunt. mitram è papyro capite ſuſtinet, in modum turbinis ſurgentem;

tem; in cuius apice humana eminet ſpecies, lambentibus flammis terribilis, quam circumvolantes geniorum figurę horribiliorem efficiunt. pila ori inſerta vocem impedit. Sequuntur hunc Abbates, & canonici pontificali cultu adornati. Poſt quos præſides, gubernatores, magiſtratus, & tota nobilitas. Crederes funus ad cremandum efferri. Et hæc eſt illa Inquiſitio, ad cuius nomen Belgæ adeò exhorruerant. Multitudini vtcunique formidabilis, cuius animos nihil magis quàm rerum vmbræ, atque oculis ſubiecta terriculamenta penetrant: tamen nihil in ſe habet, quod prudentiores deterreat. Cæterùm vetuſtiſſimi Belgarum inter ſectas quoque iactati fuere. adeòque hæreſis anno DCCXII furialibus facibus Gandauenſes armauit in mutuum exitium. Eam tamen non ferro, non metu legum, aut ſanguine: ſed morum diſciplinâ extinctam comperio. Exìn continua pax, ac durata in Romanam ſedem fides, & longa ſecuritas eccleſiæ. cuius tranquillitatē anno MCCCCXLIV homo

homo plebeius Duaci ſollicitare auſus, petitis ab Archiepiſcopo iudicibus, violatæ religionis pœnas primus exoluit. Vrbanis magiſtratibus inſolitam ſibi quæſtionem exercere non audentibus. Quippe canoniſtarum ſuffragia Pontificio foro peculiarem fecerant. At poſteaquàm Martinus Lutherus tentare publicam animorum pacem, & in Chriſtianorum exitium creſcere cœpit: religionis inclinationem excepere leges, & iudicia, ad extinguendam tabem compoſita. Ac imprimis Leo Decimus Pontifex maximus in contumacem Lutherum atrociſſimè detonuit. nec contentus cenſurâ eccleſiæ; inſuper Hieronimum Alexandrum Præpoſitum S. Ioannis Leodienſis, Protonotarium, ac bibliothecarium apoſtolicum legauit ad Carolum imperatorem, audacis inſaniæ vltionem prouocans. Et quidem Cæſar habitis Wormatiæ comitijs imperij, poſtquàm Lutherum publicâ fide interpoſitâ eò accitum, fatentémque palàm ſcelus, fruſtrà ſollicitaſſet ad palinodiam, illic vndè venerat

ſecu-

ſecurè redditum, ſeueriſſimis ſanctionibus proſcripſit. Legéſque has omnium primas poſtr. non Maij MIↃXXI in ſectarios vibrauit.

Ne cum Martino Luthero hoſpitij, vel commercij iura miſceto. I.

Quiſquis eum habuerit in poteſtate, plectito, aut vinctum Cæſari tranſmittito. II.

Illicitis eius commentis ne adhæreto; adhærentes cum eccleſiâ in gratiam redeunto, aut legibus plectuntor. III.

Damnatorum bona fiſco, iudici, delatori, addicuntor pro æqualibus partibus. IV.

Famoſos, vetitóſque libellos, ſeu probroſas imagines ne parato. paratos exurito. V.

Typographi quæ ad religionem pertinent ſine cenſurâ Ordinariorum ne excudunto. in cæteris à Cæſare facultatem poſtulanto. VI.

Cæterùm præualeſcente impetu nouitatis, ſucceſſit Inquiſitio; & ipſa ſuis armata legibus. quam primus omnium Franciſcus Hulſtius Brabantiæ Conſiliarius anno MIↃXXII in Belgio exercuit. Iacobus Laurentius Me-

chlinienſium Præſes ei præerat viri boni, induſtriâ validi, moribúſque inſontes, apud Cæſarem tot virtutibus commendari promeruerant. Cæterùm pleriſque hanc poteſtatem Pontificio foro peculiarem eſſe contendentibus; Adrianus Sextus diplomate firmauit. theologos tamen aliquot in aſſeſſores Hulſtio attribuit. Ei poſteà Clemens Pontifex iuriſdictionem ademit, Cardinale à Marcâ epiſcopo Leodienſi ſuccedere iuſſo. Nec à Marca tot ſimul curis par eſſe poterat. Itaque precibus Cæſaris Pontifex indulgens, anno MIↃXXVII tres quæſitores Belgio aſſignat. Præpoſitum canonicorum regularium Aſprenſium Flandriæ impoſuit. Præpoſitum Scholarium Montenſium Hannoniæ, atque adiacentibus prouincijs. Iacobus de Montibus Decanus Louanienſis ſeuero atque implacabili ingenio erat. eóque accommodatior vitijs temporum, Brabantiæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Friſiæ præfectus eſt. Multis ille vecordiam doctrinâ excuſſit. plures flagitium ſupplicio finiere. Poſt

eius

eius mortem, cæteros vt functione illâ indignos, amotos accepimus. Ergo Paulus Tertius Pontifex anno MIↃXXXIII Renardum Tapperum theologum atque decanum, Michaelémque Drachium, I. C. & vtrumque professores Louanienses substituit. In quorum locum Pius Pontifex anno MIↃLX Iodocum Tiletanum Præpositum Wallecourtij, necnon Michaelem Baium canonicum, theologos Louanienses instituit. Quibus Cæsar prid. cal. Iul. MIↃL. quærendi leges præscripsit in hanc formulam.

Inquisitores, & delegati, adscito tabellione commissas sibi visitabunt prouincias impendio publico. A magistratibus, virísq; piis, & integris diligenter quærent in hæreticos, aut non perfunctoriè suspectos. Qui damnatos habeant libros, qui legant, qui conuenticula in quibus de religione & scripturis tractetur, foueant. qui hæreticorũ fautores, qui receptatores. Tabelliones scriptis elogia mandent atq; custodiãt.

Fidem testium haut aliter explorent, quàm iurisiurandi religione obstrictam.

illos interim seriò admoneant, ne vel inuidià, vel odio, vel alio prauo affectu quemquam insimulent.

Qui eà lege detulerit, vt nomen eius non inseratur elogio; ne admittatur in testimonium.

***Ea quæ deferentur occulta maneant.** Nomina denuntiatorum, aut testimonia, haut aliter Inquisitores publicent, quàm si aduersus reos iudicium experti fuerint.*

Delatores interim indifferenter audiant. Cùm sinceram fuisse delationem constabit ex aliorum testimonijs, delatum vocent in ius, sine respectu nullitatis prioris denuntiationis.

Si quis inuidià, vel odio, aut prauo animi affectu falsò deferat; iudicibus & magistratibus, aut supremis curijs plectendus tradatur.

Quisquis ad Inquisitores vocabitur, venire debebit; cuiuscumque tandem auctoritatis, vel condicionis, siue præsides, siue consiliarij Prouinciales, aut magistratus, aut consules, vel senatores. Eosdem ad iuramentum compel-

compellent, dicturos se ex animi sententiâ, quæ vel scient, vel rogabuntur; vtrũne cognoscant hæreticorũ quempiã, aut vehementer suspectũ.

Qui testimonium inuitus dixerit, aut omninò perhibere detrectauerit, ab Inquisitoribus admonebitur. Si admonitus non paruerit, tanquam fautor rapietur in iudicium; aut arbitrariâ plectetur pœnâ.

Et si in pristinâ contumaciâ laicus perseuerauerit, ex edicto tanquam fautor hæreticorum plectetur, aduersus ecclesiasticos iure agetur.

Præsides, consiliarij, iudices, prætores, vasalli, & generaliter quicumque officiales, magistratus & subditi, Inquisitoribus, tabellionibus, aliijsque ministris auxilium præstent. tutos eos ab iniuriâ reddant. contumeliam inferre ausos pœnis coërceant. Si quis neglexerit, aut dissimulauerit, vt fautor plectetur.

Hi, quos liquebit esse hæreticos, aut in edicta peccasse, vel qui duorũ testimonio, vel alioquin legitimè eiusdem criminis conuicti fuerint, comprehensi compingentur in carcerem. Iu-

dices & officiales eam in rem præstent operam suam. inuiti, & negligentes pœnâ fautorum plectantur.

Inquisitores à Cæsare litteras accipiant ad compellendos iudices, & magistratus in auxilium. Nam & Cæsar supremis, ac Prouincialibus Curijs mandaturus est, vt de inuitis, & negligentibus pœnam sumant, vel in eos se animaduersurum. Ecclesiastici ab Inquisitoribus comprehensi, condantur in carcerem Concilij Prouincialis, aut ordinarij. aduersus quos agatur sine strepitu, aut formâ iudicij. Lite instructâ è Concilio Cæsareo nonnulli adsciscantur ad ferendam sententiam.

Quisquis ab Inquisitoribus in hoc eligetur, de causâ cognoscere debet, & ad absolutionem, vel condemnationem rei suffragium promere.

Concilium quoque Prouinciale cognoscere, & pronuntiare cogatur, si ab Inquisitoribus interpellatum fuerit.

Si quis grauabitur, aut omninò detrectauerit conferre operam suã, debebunt hoc ipsum Inqui-

Inquisitores denuntiare Gubernatrici, aut Priuato Concilio. Si Inquisitores adscito sibi Consiliario aliquo degradandum esse reum pronuntiauerint, laicus iudex sine morâ de degradato sumat supplicium.

Si ex elogio appareat laicum edicta transgressum esse; Inquisitores negotium conferant cum consiliario Cæsareo. ex cuius relatione Prouinciale Concilium in sontem secundum edictum animaduertet.

Sed ne interim Inquisitores incurrant periculum irregularitatis, veniam exspectabunt à sede Apostolicâ.

Intereà ad conficiendum elogium, Consiliarium sibi adsciscant. qui, si in edicta peccatum videat, magistratibus regionis, aut Prouinciali curiæ, & procuratori Generali elogium communicare debet, vt aduersùs sontes litem instituant.

Si laicus ex elogio suspectus appareat, in edicta tamen peccasse non probetur: tunc Inquisitores adscito Consiliario, vel perito aliquo à Prouinciali curiâ delegato, de causâ cognoscent. Simi-

Similiter si lite coram laico institutâ, in edicta peccatum esse non liqueat; reus tamen aut suspectus, aut iure communi plectendus videatur: vtique iudex reum absoluet ab instantiâ: ad Inquisitorem tamen transmittet, vt cognoscat ille, an ex integro in ius vocari debeat.

Prouincialibus autem curijs mandat Cæsar sub pœnâ indignationis, ne Inquisitoribus impedimentum facescant. & si controuersia inter eos oriatur Gubernatrici denuntient.

Officiales, & Ordinarij molestiam Inquisitori non exhibeant: alioquin ecclesiasticis censuris deterreat eos Inquisitor, aut Gubernatricis opem imploret. illa verò subsidio erit Inquisitoribus, cauebitque ne tàm sanctum differatur negotium.

Sed nec econtrà Inquisitor, Officialis aut Ordinarij iurisdictionem perturbet.

Cùm alterius prouinciæ incolæ ad Inquisitorem deferentur; elogium ille transmittet ad Inquisitorem domicilij, vt de crimine cognoscat.

Inquisitorem deferentur; elogium ille transmittet ad Inquisitorem domicilij, vt de crimine cognoscat.

Inquisitores quoq; pastorum mores expendant, an viri boni, & sinceri, an catholici sint. si qui mercenarij deserto monachorum habitu pastoralia subierint officia, submouebit eos Inquisitor; quamuis ecclesiastici iudicis consensu rationem viuendi, cultúmque mutauerint.

Pastores palam fouentes concubinam, aut qui cæteris scandalo fuerint; item indoctos, & inidoneos, episcopi, & Officiales, ex relatione Inquisitorum submoueant, digniorésque substituant. saluo iure collationis, & præsentationis. Si episcopi, aut Officiales parere detrectauerint, Inquisitor imploret Gubernatricis auxilium.

In ludimagistris famam, & mores obseruet. simul quid iuuentuti prælegant. si quid emendandum duxerit, denuntiet ijs qui subrogandi ius habent; vt vel ipsi corrigant, vel si videbitur ludimagistrum dimittant. Qui si

hoc ipsum facere grauabuntur, Gubernatrici denuntiet. Inquisitor deniq; in libros inquiret, ne damnati, aut suspecti excudantur vel distrahantur. item in mores, & familiaritates typographorum, & bibliopolarum. si quid corrigendum erit, statim emendet, ex magistratus aut curiæ Prouincialis suffragio.

In primis ea adhibenda est cura, ne pium hoc negotium ex difficili reddatur impossibile. simul ne emungant, aut deglubant populum Inquisitores. & ante omnia remedium adhibeant his, quæ sine periculo religionis, aut detrimento reipublicæ ferri non possunt. persuasúmque omnibus reddant, se non quæ sua; sed quæ Christi sunt quærere. in hoc potissimùm intenti vt à Belgio contagionem arceant.

Inquisitores eorumque ministri, stipendium à Cæsare accipiant.

Impensas capturæ & carceris præstabunt iudices, qui manum reo iniecerint, quas rationibus Cæsaris imputent.

Philip-

Philippus Rex III cal. Decemb. MIↃLV, ficut antè diximus, imperium adeptus, hæc parentis fui præfcripta diplomate corroborauit, & fub titulo nominis fui tulit ad populum. Sed medio tempore alia, atque alia edicta glifcentibus indies nouis fceleribus, quibus fequentes leges obuiam ibant. Primæ illæ Anno MIↃXXVI vltrà mulctam nihil inflixerant. quas Anno MIↃXXIX tranfgredi capitale fuit. Mox MIↃXXXI. MIↃXXXIII MIↃXL. MIↃXLIV. & MIↃXLV. variè auctas: dein MIↃXLVI intenfas; atque MIↃXLIX interpretatas, ad vltimum Cæfar III. calend. Maij MIↃL in vnum omnes corpus contraxit, & hanc tabulam populo propofuit.

Libros Martini Lutheri, Ioannis Oecolampadij, Vlrici Zwinglij, Martini Buceri, Ioannis Caluini, editionéfue ab vniuerfitate Louanienfi profcriptas, ne vulgato, ne diftrahito, néue legito, Famofas, & probrofas in religionem imagines ne fingito. fictas ne retineto, ne diftrahito. facras imagines ne violato. fecretos cœtus ne agitato. à conciliabulis,

& conuenticulis abstineto. Extra theologos ab vniuersitate admissos, de scripturarum sensu sermonem, controuersiámque nemo misceto. Proferendi, disserendi, concionandi illicita ius non esto. Qui secus faxit, perduellis esto. ex die criminis intestabilis esto. alienandi facultatem ne habeto.

Pœnarum gradus sunto. pœnitentiâ ducti, si viri, gladio plectuntor. fœminæ in terram viuæ defodiuntor. contumaces igne cremantor. bona vniuersorum in fiscum rediguntor.

Domum sciens ne aperito sectariis. victum, & amictum ne administrato. ad Inquisitores vel magistratus deferto. quod si quis earum rerum præscriptum excesserit, noxa par cæteris esto.

Qui imprudens hæresim contraxerit, & innocentèr habitam legitimè maledixerit, si de religione sermonem sparserit, relapsus habetor.

Qui suspicionibus diffamatus hæresi maledixerit, aut ex eâ causâ pœnas dederit; amplexus illicita, etsi in edicta non peccauerit, relapsus

habetor. Relapsi vltimo supplicio, cum publicatione bonorum puniuntor. Suspecti vel ad pœnitentiam admißi, ad magistratus, dignitates, officia ne assumuntor.

Peregrini ad incolatum sine testimonio parochi ne admittuntor, suspecti habentor, in ius rapiuntor.

Patroni & magistratus territoriorum, flagitia ad laicum iudicem spectantia animosè vindicanto. alioquin imperio & iurisdictione priuantor; arbitrariam mulctam incurrunto.

Inquisitoribus cùm in ius vocant, aut in vincula ducunt subsidio sunto. si ad persequenda ea, quæ ad Inquisitionem spectant, concurrere velint, admittuntor. Procuratores fisci negligentibus, & dißimulantibus dicam scribunto.

Archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, abbates, prælati, capitula, vicarij, Officiales, Pontificij iudices, atquè Inquisitores in sacerdotes hæreticos iudicia exercento.

Ad perpetuos carceres damnati, vel ad palinodiam admißi, si præterea in edicta deliquerint, seditiosius egerint, aliudue tur-

bulentum peccaßint, magiſtratus publicationem bonorum perſequunto.

Hæreticum ad Inquiſitores, epiſcopos, vel parochos deferto: tranſgreſſorem edictorum ad magiſtratus. qui celauerit, fautor habetor, pœnâ vindicator.

Delator dimidium bonorum conuicti auferto; ita tamen, ſi vltra centum libras Flandricas in bonis non habuerit. eorum quæ amplius centum in bonis fuerint, dimidium percipito.

Qui conciliabula, & conuenticula indicaßit, ſi particeps fuerit, impunitatem eius rei habeto. ſi non fuerit, dimidium bonorum centenarij, decimámue eorum, qui centenario maiores erunt, auferto.

Iudices prouinciales de his delictis cognoſcunto. magiſtratus municipales ſi præuenerint, iudicium exercento. bona tamen principali fiſco addicunto, deductis impenſis. ſaluo tamen iure XII. cal. Decemb. MIƆXLIX *vaſallis præſcripto.*

Pœnas legum arbitrari, vel mitigare fas non

non esto. qui faxit, dignitate, & officio priuator. ad magistratus, & honores inhabilis esto. pœnam arbitrariam incurrito.

Fugitiui, & contumaces pro conuictis habentor. qui pro fugitiuis Imperatori supplicauerit, ad publica munera, ad honores, ad postulandum indignus esto.

Artem typographicam sine veniâ ne exerceto. nihil sine facultate Ordinarij prælis committito. Qui secus faxit, & illicita impresserit, pœnâ sectariorum plectitor: si licita; exilium, & quinquaginta libræ pœnæ sunto. domini pro familiâ tenentor. famuli extra officinam heri ne imprimunto.

Facultatem imprimendi, nisi boni nominis, nemo impetrato. Qui facultatem impetrauerit, iuramentum præstato; nihil extra prouinciam, citrà censuram excusurum. nomen, & domicilium, simul & compendium diplomatis libellis præfigito.

Ante distractionem librorum, Ordinariis aut vicarijs exemplar transmittito: sin secus, arbitrariâ pœnâ plectitor. Bibliopolæ

sine

sine facultate ne sunto. librorum non priuilegiatorum quæstum ne faciunto. Editiones extra, prouinciam excusas ante censuram Ordinarij, aut vicarij ne prostituunto. alioquin si illicita distraxerint capital esto. si licita XX. Caroli pœna sunto.

Boni nominis bibliopolæ sunto. in hasce leges iuranto. extra ciuitates ne habitanto, neue distrabunto. inuentarium licitorum, & illicitorum librorum in officinâ habento, vel centum Carolis mulctantor Magistratus municipales, cum eruditioribus bis quotannis officinas scrutantor. bibliopolæ magistratibus officinas aperiunto. præter bibliopolas nemo venundato.

Ludum litterarium sine veniâ magistratus & parochi, vel eorum quibus hæc prouincia mandata est, nemo aperito. noxa XII. Caroli sunto. iteranti, pœna dupli, cum exilio. boni nominis professores sunto. libros ab vniuersitate Louaniensi præscriptos iuuentuti prælegunto.

Harum

Harum legum æterna auctoritas esto. ac ne in obliuionem veniant; singulis trimestribus publicantor. magistratus, si omiserint decem Carolos fisco præstanto. secunda culpa duplo plectitor. tertia pœnis legum tenetor.

Ac ne tum quidem omissum, quin multa, & diuersa Antverpienses quererentur. Terrebat illos præcipuè quòd cum inquinatis hominibus miscere hospitium, & inire commercia vetabātur. Igitur Cæsar VII cal. Octob. MDL. leges suas ad vltimum interpretatus, hæreticos in fraudem legum tantùm, alienandi ius non habere edixit; aduenásque passim hospitio suscipi posse, si nihil irreligiosius, aut seditiosius dixerint, egerintue. Sic tandèm ei rei pacem parauit, quoad sequens temporum malignitas, rursus in edicta consurgeret.

Ergo vt istuc redeam, vndè me necessitas paullò longiùs abduxit; posteaquàm litteræ Regiæ, (quas suprà retulimus) à præcone vulgari, & in sontes pœnæ reuocari cœptæ; immanè, quantam feralis illa vox excitauerit

facem. non iam solùm territa plebes seditiosius fremere: sed & omnis factio nobilium, totásque prouincias murmur & insania peruadere, hoc non esse regnum exercere, sed tyrannidem, cùm alijs mortem, alijs exilium, omnibus metum prætextu violatæ religionis intentet Rex Philippus; vt singulorum bonis re verâ inhiet. non se adeo stolidos, vt ignorent, quæ sint officia principis, quæ populi. debere se obsequium, cætera liberos solutósque. Proindè si pergeret ille tentare, quæ extrema sunt in seruitute, inuenturum qui armata opponent corpora sua, bello honestius, quàm lictorum manibus perituros. Hæc & eiusmodi per cuneos, ac conuentus promiscuè iactabantur. Nam plærique re verâ credebant Hispanicæ Inquisitionis adferri initium.

Eodem tempore Maria Portugalica Regis filio genita, in Belgium venit. Alexandro Farnesio Gubernatricis filio paullò ante desponsa; & ad eandem accersendam comes Mansveldius vnà cum familiâ in Portugaliam concesse-

cesserat. Nuptiarum dies pro magnitudine fortunæ apparatibus insignis, multos mortales exciuerat. Nam & pater Octauius magnâ Italorũ iuuenũ manu aduenerat. ac ne studio magnificentiæ Belgæ vincerentur, cultu ad pompam exacto, hastiles ludos ad inuidiam instruxerant. Mensis Nouember erat, in hoc vltima dies S. Andreæ sacer, magno honore aurei velleris equitibus colebatur. Quippe patronum eum maiorum pietas huic Ordini præscripserat. Cùm igitur solita sacrificij solemnia, ipsos proceres cum reliquâ nobilitate corrogassent in templum; Præses Viglius Ordinis Cancellarius pro concione exponere cœpit; *Splendidissimum hunc Ordinem, haut aliâ causâ cœpisse originem, quàm vt religionẽ & concordiam, maxima regni præsidia, Proceres alerent. Basim, & fundamentũ reipublicæ religionẽ esse. sine illâ humanarũ rerũ regimen stare non posse. tutelã eius omnibus incumbere; ac inprimis Principibus viris, ad prodendũ in vulgus exemplũ. Cæteros mortales Regibus subijci. Reges autẽ Ecclesiæ. nec eam esse aliã quàm Romanã; hoc est, Christi Ecclesiam, quæ à tempori-*

poribus apostolorum continuâ serie ad nos descendens, Beatum Andream huic Ordini patronum dederit. Eundem sicuti memoria traditur, idolis sacrificare iussum, Ageæ proconsuli intrepidè respondisse, se cottidiè pretiosissimum corpus, sanguinémque domini nostri Iesu Christi æterno patri in victimam offerre. illam esse veterem hæreditatem ecclesiæ, ab ipso Christo nobis testamento relictam. multos olim ecclesiam expertam hæreticos: neminem tamen hactenus inuentum esse, qui in sacrificium consurgeret, tantiquę sacramenti veritatem in quæstionem reuocaret. Hanc primùm ætatem oppugnasse sanctißimum mysterium. Nec habitura fuisse commenta illa tot sectatores, nisi acceßissent studia Principum, priuatis respectibus cuncta nouantium. Non Reges Angliæ, non Germaniæ principes amore diuini cultus profeßiones illas amplexos esse. alios, vt licentius indulgerent voluptatibus; alios, vt lautis sacerdotum patrimonijs implerent ærarium acceßisse huic disciplinæ. Gallorum deniq; Proceres ambitione flagrantes

tes

tes, aulæq; infensos, quò factioni suæ vires, & in æmulos potentiam quærerent, præbuisse se tumultuantibus duces. breuiter, si à principibus mutatæ religionis causam exigas, haut aliam reddituros, quàm vt rationibus politicis, ad cuiusque affectum, pro laruâ seruiret. Hinc verò tabem illam cepisse incrementum, quæ apud nos eò procliuius erui possit, quòd intra obscurissimorum hominum ingenia adhuc absconderetur. Et hanc potissimùm sollicitudinem ad Proceres spectare, aurei velleris sacramento obstrictos.

A plerisque effuso risu excepta est oratio; interrogantibus ecquas adhuc haberet aniles fabulas, qui modò de sancto Andreâ vanissima commenta, somniáque recitasset. Quæ ex eo hìc inserui, vt corrupti sæculi mores noscitarētur. Quippe nobilitas in segnitiem, torporémque resoluta, nec vt olìm intenta ad martem, pascebat animum peregrinationibus. Ac specie studiorum Geneuam transiens, dum bonas artes, & ciuilia inuestigare crederetur; prauos ritus, turbidosque mores

in patriam referebat. Hinc pristinorum sacrorum fastidio laborauit. Numen denique contemnere cœpit. de quo ad vltimum nihil certi habuit.

Circà idẽ tempus, Swartenburgius, Hollius, & Westerholtius Bruxellis agebant. Germani principes erant. Sed à sensu maiorũ abstracti, lacessebant subinde cauillis patiẽtiam Procerum, & si in eum modum incesserentur, ferro se libertatem asserebant vlturos. furiosi turbines ad discutiendum composita, per quorum etiam amicitiam Belgæ fidentius scelera audebant. Et mox omnia in turbas vergere. Prouinciarum Gubernatores concordi voce denuntiabant Gubernatrici, non velle se, & si maximè vellent, non posse tamen Inquisitoribus administrare subsidiũ, aut inuidiosissimarũ legum exercitium admittere. ita induxisse in animum, si obstinatius pergeret ipsa mandare, quæ communi officerent libertati, continuò se magistratu abdicaturos. Brabantiæ Ordines apud Prouinciale Concilium (Cancellariam ipsi nominant) exponebant

bant libello, non eſſe fas eccleſiaſticis in Brabantiâ incrementum accipere, aut extra priſtina tribunalia in ius vocare. eaſdem leges ſacramento Regis ſancitas eſſe, proterique, quoties contrà ſolitos mores inferretur Inquiſitio Proinde vt reuocaretur mandatum, quo magiſtratus ciuitatum Inquiſitoribus adeſſe iubebantur, orare. Trepidante conſilijs Curiâ, conſultatio ad Gubernatricem reijcitur. Et illa quidèm attonita, primò, & ante omnia Inquiſitorum Louanienſium ſententiam explorauit. cum illi neſcio quid inordinatum promſiſſent; Brabanticæ Curiæ ſenatores, cum Priuatâ Curiâ, atque vnà Proceres in conſilium adhibuit. Tres fuere ſententiæ. Prima Cancellariæ, & illa obſcurior. ſingulis non ſatis adhuc audentibus inuidiæ ſe offerre. Poſt apertiùs ſuffragari iuſſi, Inquiſitionē hactenus Brabantis inſolitam pronuntiant. edictis, & legibus, non inuſitato eiuſmodi remedio compellendos eſſe hæreticos ad officium. Priuata Curia cēſebat Brabantos Inquiſitioni obno-

obnoxios. Sed Proceres statim Cancellariæ assentiebantur : posteriorem sententiam vt duram rigidámque reprehendentes, alteram illam laudabant, tanquam moderatã, aptámq; tempori; & quòd æquum esset credere, cùm de interpretatione legum quæreretur, leges ipsas tractantibus. Orta ergò est & tertia sententia. Nam cùm cæteræ curiæ hoc amplius decernerent, referendum esse de toto negotio ad Regem; Proceres econtra vociferabantur, *Non esse nunc tempus respiciendi ad tam serum auxilium. Imo confestim, & sine morâ pronuntiandum pro legibus patrijs, in quarum iustitiam plurium suffragia consentirent. nihil enim Ordines arbitraturos, quàm negotium extrahi, vt tempore euanescat.* Et sine morâ Gubernatrix Proceribus accessit. cuius imprudentiam consilij, sequentium malorum euentus explicuit. Mox quippè cæteræ prouinciæ idem postulantes, non exspectato Gubernatricis imperio vniuersis Inquisitoribus adimebant iurisdictionis ministerium. Inquisitores verò paullò antè à Guber-

natri-

natrice ad constantiam seueritatis animati, iámque attoniti, incertíque quid agerent, vanis querimonijs in aulâ exprobrabant, compelli se ad intensionem officij, cuius potestas à magistratibus destituta, sine auctoritate, & formidine, imò vana, & ridicula relinqueretur. simul omnes parati Inquisitionis munia deponere; nihil aliud retulere quàm verba, & voces, & adulatoria aulicorum fastidia. ambiguâ semper Gubernatrice, reliquísque occultè aduersis.

Quæ res viuendi licentiam palam soluit. populi mores, studiáque labefactauit. At nihil æquè publicam accelerauit calamitatem, quàm turbulenta colloquia, quibus per multos hosce dies, non solùm otiosa, segnísque multitudo maledicis sermonibus traducebat Regem: sed & nobilissimi passim viri. quem ego morbum pernitiosissimum iudico, quandò à capite diffunditur. Ergo ex omni parte seditionis materia quærebatur. multis haut obscurè frementibus, vindicandam esse ferro libertatem. Atque omnia

prorſus audaciæ opportuna dicebant. *Nullũ in Belgio peregrinum exercitũ. veteranos alieno ære oppreſſos, perindè querulos. quibus in pace nulla ſpes reliqua. cauſam, & initium ad flagitanda per ſeditionem ſtipendia circumſpectare. nec à Gubernatrice ad expeditionẽ exciri poſſe promiſsis, toties fruſtratos. Quid tamen ſi excirentur? nullum ex ijs metum. qui non integram fidem adferrent, pleriſq; centurionibus Inquiſitionem deteſtantibus. ceteróſque facilè conſenſuros in ſcelus, cùm Proceres, cùm tribunos, cùm duces in partibus viderint. Tardum eſſe peregrinos elicere exercitus. ſed nec illos ſine ſtipendio vexilla ſeruaturos.*

Hos & eiuſmodi ſermones pronis auribus plerique accipiebant, expendebántque. nam & opes reipublicæ acciſas nouerant, vulgatis paſſim arcanis imperij. Hinc audacia, atróxq; conſilium, & fiducia rerum nouandarum. iam primùm nimiâ licentiâ, dein conſcientiâ labentis aulæ, & quod negari non poteſt, nouitatibus oblectatæ; cuius mores, & ingenium omnis ferè regio induerat.

Pri-

Primum coniurationis consilium Bruxellæ fuit. sex nobiles ad cœnam conuenerant. intérque pocula increpantes ignauiam Procerum, quòd toties de abrogandâ Inquisitione consultando perdidissent operam; atque inde indignitas animos acueret, tristissimum facinus exorsi sunt. ferendum vtcumque erat, etsi non æquo animo, si saltèm plebei homines tanto sceleri præbuissent initium. sex aurati equites coniurauere in perniciem publicam, & pacem Belgarum, statúmque concussere. nec enim plures in exordio fuisse memorātur, vt iure miretur posteritas, à tàm paucis cœptū, quod tot millium sanguis, nec adhuc satis expiauit. temulenti per insolentiam, atque lasciuiam suscepere nefanda consilia, vt pari audaciâ iam sobrij, nec minus vecordes exequerentur. Seu compromissum, aut compactum, seu societas (quæ inter malos nulla esse potest) siue potius coniuratio, seu quoquo nomine hoc ipsum quod egerunt, appellandum sit, fide inuicèm datâ, acceptâque subscripsere certæ formulæ. De nominibus auctorum omnium non conuenit. Quædam ætas

Exordium coniurationis nobilium.

obliterauit, atque odium partium. ego quoquè consultò nonnullis parco, quorum vestigia per annales dissipata inuenio. non quòd posterorum magnitudinem in maiorum maculis, pudendísque imaginibus, offendere metuam. nam quomodocumque hæc scripsero, scio mihi imminere inuidiam. nolo tamen erubescant illi; quos iam fastigijs admotos video. quidam enim hodie eâ laborant intemperie animi, vt maiorum siue errorem, siue fatalem vecordiam exprobrare non timeant liberis innocentibus. Inimica res tranquillitati publicæ, multísque gentibus ciuili sanguine per factiones expiata. Ego virtutes, & vitia temporum tradere constitui: nemini verò ruborem exprimere. Cæterùm Philippum Marnixium Sanctæ aldogundum legem fœderis in hunc sensum dictasse comperio.

Formula coniurationis.

Satis constat, quosdam peruersos, callidósque homines, insatiabili auaritia, intolerabilíque ambitioni, & superbia sua inseruientes, sub falsâ religionis vmbrâ, sub publica tranquillitatis

tatis prætextu, perduxisse eò Regem; vt conatus ille sit, contra bonorum suffragia, contrà sacrosanctum Deóq; & hominibus dictum sacramentum, perniciosissimam Inquisitionem per vim inferre. rem gentibus abominandam, diuinisque, & humanis legibus contrariam. infandam eius crudelitatem, nulla infidelium barbaries, nulla tyrannorum sæuitia exæquat. nec ob aliud reperta est, quàm in contemptum diuini nominis, & exitium publicum. Siquidem iurisdictionem omnem Inquisitoribus transcribit. cæteros in seruitutem redigit. ciuium omnium capita in discrimen adducit. Nemo enim insons futurus est, quisquis vel sacerdotẽ, vel Hispanum inimicum sibi inuenit, vel scurram aliquem in caput suum subornatum. Nam dicendæ causæ potestas, omnisq; defensio reis adimitur. Hæc ergo reuocamus ad animũ. & officij nostri ducimus imminentibus succurrere malis, corporáque & facultates nostras prædæ eripere: ne prætextu violatæ religionis innocentium sanguine calumnia pascatur. Itaquè pulcherrimum facinus contractâ societate aggressi sumus. grauissimisque

obsecrationibus obstringimus mutua capita, nullam nos Inquisitionem in Belgio passuros, nec vllam rem quæ eò pertineat, quoquo titulo adumbratam; siue Inquisitio, siue visitatio, aut edictum, seu quocumque alio nomine appelletur. sed econtrà sublaturos, atquè eradicaturos eam fundìtùs, tanquàm fontem confusionis, & iniustitiæ. Obtestamur interim haut aliò hæc respicere, quàm ad honorem gloriámque diuini cultus, & amplitudinem Regis, ac salutem publicam. vt salubri aliquâ ratione popularibus discordiis obuiare liceat. Proinde Deum in testem accipimus, non cõmissuros, vt Inquisitio, vel edicta nostrorum quempiam lacessant. cæteroquì corpus, & bona oblaturos in vltionem. sed nec vllus color, aut occasio, nullus titulus, aut causa, ad excusationem proficiet, quominus ad auxilium quisque confluere debeat, etiamsi rebellionis crimen contractum obtendat. Nec enim rebelles dici possunt, qui gloriam quærunt diuini nominis, Regísque maiestatem tuentur, & salutem publicam; qui bonorum curam gerunt, vxorémque, & liberos, & familiam vindicant ab iniuriâ; in

quo-

quorum tutelam Deus, & natura vniuersos obstrinxit. Intereà vt sancta hæc societas inconcussa semper, & inuiolata permaneat, fidem inuicem præstamus, ea nos acturos, ratúmque habituros; quæ statuentur ex communi consilio, vel ex suffragio illorum quibus ea cura mandata fuerit. Creatorem cœli, & terræ, mentium scrutatorem, in testem accipimus nostrarum actionum; sanctißimúmque eius nomen inuocamus, precamúrque suppliciter, ne cœpta hæc nostra successus destituat. vtq; per gratiam S. Spiritus ad honorem sanctißimi nominis sui, publicámq; tranquillitatem, & animarum nostrarum salutem dirigere velit. Amen.

Ipsa ferè retuli verba, sicut erant incompta, atquè acerba, quantùm Latino sermone assequi licuit. Primus deinde Marnixius subscripsit; & si fallat, iratum Deum, hominésque inuocat. Cæteri deinde idem faciunt. Hæc enim erat tessera coniurationis. Cæterùm vt furori pararēt vires, itum inde per prouincias. amicos, propinquos, necessarios, fami-

familiares, notos atque ignotos, bonos ac malos, in idem facinus concitant. Multi leuis animi vitio easdem partes amplexi sunt: pauci consilio. catholici, an hæretici, nullo discrimine. Toti dies comessationibus transigebantur; & vt quemque in contubernium attraxerant, obuiam ei ire, prensare, amplecti, onerare poculis, præire sacramentum, dextram chartæ ad signandum adducere, dubitantibus exprobrare vecordiam, minis cogere. sic passim, lateque nomina data. & à plerisque tantâ securitate, vt ne scirent quidèm quid subscriberent, atque interim pigeret exquirere. postridiè verò cum animo suo reputantibus magnitudinem facinoris, non patebat regressus ad pœnitentiam. Auriacus, Egmondanus, Hornanus, Megemus, Bergensis & prætereà multi eiusdem Ordinis, vt auctores, vel participes coniurationis iactabantur, quorum signa quoque falsò codicillis impresserant. hac arte centuriones potissimùm, & signiferi in scelus obstricti sunt. in quibus tamen plus amen-

amentiæ, quàm ſceleris fuit. Scio quoque Henricum Brederodium, in Ordinariæ turmæ ſigniferum ſtrinxiſſe ferrum, quòd ſacramentum accipere detrectaret.

Primum colloquiũ factioſis Bredæ fuit. Sub Idu. Mart. non vno prætextu cum Hornano, ad Auriacũ diuerterant, ſecretum inituri conſilium. Forte autèm Swartenburgius, Hollius, & Weſterholtius in Germaniam recedebant. Hoocſtratanus ſolemne viaticum abituris inſtruxerat, in Hoocſtratenſi prætorio ſuo, frequentéſque coniuratos conuiuio adhibuit. Egmondanus, & Megemus eòdem veniebant. Cùm multo incaleſcerent mero, trecentos, & ampliùs nobiliſſimos viros coniuraſſe in Inquiſitionem & edicta Auriacus memorauit, viréſque illorum non immodicè æſtimare cœpit. Megemus nouitatem conſilij admiratus; quid? inquit, tam pauci in perniciem publicam? ita me Deus, ducenta florenorum millia permiſerit mihi Rex, ſcurris ego illis caput imminuam. Vt facilè appareret abhorrere eum à furioſis conſilijs.

Sublatâ iam mensâ Auriacus solicitâ manu Egmondanum protraxit in secretum, totámque scenam coniurationis aperuit. quacumque tandem mente, Egmondanus inde cum Megemo Bruxellam iter instituit. Promptius hinc agitatum inter temulentos de summâ coniurationis. Auriacum, & Hornanum arbitros fecerant amentiæ suæ. magna nomina, & momentũ partium. Publicis enim consilijs incumbebant. Quærebatur potissimùm inermes, an armati; oratione, an libello sententiam exponerent. vicit mitior ratio, vt inermes, & libello; tanquam ius, forúmque respicerent. In dictando libello non vnus aliquis consensus. sæpius in aliam atque aliam verterunt formam. Sunt qui Hispanicè conscriptum velint. quos ego falli existimo. De Gallico idiomate plures mecum consentiũt. quod & publica exemplaria promiscuè præferunt. apud omnes tamen in hanc sententiam fuisse inuenio.

Libellus à coniuratis Gubernatrici oblatus.

Celsitudini Parmensi.

Belgas venerationi principis sui religiosius semper fuisse deditos, nullus est terrarum angulus

lus qui ignoret. hanc in primis gloriam nobilibus peculiarem genius fecit, fortunarum suarum, vitaq; prodigis pro salute Principis. Proinde nihil priùs nobis fuit, quàm ne, maiorum vestigiis inhærentes, vinceremur obsequio. Mouemur enim causâ reipublicæ. Aliquantillum inuidiæ subire eligimus, quàm intempestiuo peccare silentio, & ad præsens omittere, quæ ad communem incolumitatem pertinent. Quantùm summa rerū collaturi simus, tempus aperiet. nullum maius à nobis obsequium exspectari potest. Quamuis ergo nemo dubitet, haut perperàm fecisse Regem, quòd seruari iusserit leges, quas rectis forte consiliis Cæsar edixit: tamen habenda est ratio temporis. eius condicio, alia, atq; alia remedia exigit. Eadem illæ leges, vltra priscum rigorem exercitatæ, multorum motuū hactenus causa fuere. Quas cùm nuperis suis litteris Rex non mitigauerit; sed econtra exerceri eas acrius iusserit: timemus sanè, ne ingrauescentia mala in tumultus exeant. quos funesta terrarum vastatio excipiat. multa cottidiè indicia seditionis erumpunt. Iamdiu exspectauimus, vt Proceres, Ordinesue

 prouin-

obnoxios. Sed Proceres statim Cancellariæ assentiebantur: posteriorem sententiam vt duram rigidámque reprehendentes, alteram illam laudabant, tanquam moderatã, aptámq; tempori; & quòd æquum esset credere, cùm de interpretatione legum quæreretur, leges ipsas tractantibus. Orta ergò est & tertia sententia. Nam cùm cæteræ curiæ hoc amplius decernerent, referendum esse de toto negotio ad Regem; Proceres econtra vociferabantur, *Non esse nunc tempus respiciendi ad tam serum auxilium. Imo confestim, & sine morâ pronuntiandum pro legibus patrijs, in quarum iustitiam plurium suffragia consentirent. nihil enim Ordines arbitraturos, quàm negotium extrahi, vt tempore euanescat.* Et sine morâ Gubernatrix Proceribus accessit. cuius imprudentiam consilij, sequentium malorum euentus explicuit. Mox quippè cæteræ prouinciæ idem postulantes, non exspectato Gubernatricis imperio vniuersis Inquisitoribus adimebant iurisdictionis ministerium. Inquisitores verò paullò antè à Guber-natri-

natrice ad constantiam seueritatis animati, iámque attoniti, incertíque quid agerent, vanis querimonijs in aulâ exprobrabant, compelli se ad intensionem officij, cuius potestas à magistratibus destituta, sine auctoritate, & formidine, imò vana, & ridicula relinqueretur. simul omnes parati Inquisitionis munia deponere; nihil aliud retulere quàm verba, & voces, & adulatoria aulicorum fastidia. ambiguâ semper Gubernatrice, reliquísque occultè aduersis.

Quæ res viuendi licentiam palam soluit. populi mores, studiáque labefactauit. At nihil æquè publicam accelerauit calamitatem, quàm turbulenta colloquia, quibus per multos hosce dies, non solùm otiosa, segnísque multitudo maledicis sermonibus traducebat Regem: sed & nobilissimi pasim viri. quem ego morbum perniciosissimum iudico, quandò à capite diffunditur. Ergo ex omni parte seditionis materia quærebatur. multis haut obscurè frementibus, vindicandam esse ferro libertatem. Atque omnia

prorsus audaciæ opportuna dicebant. *Nullũ in Belgio peregrinum exercitũ. veteranos alieno ære oppressos, perindè querulos. quibus in pace nulla spes reliqua. causam, & initium ad flagitanda per seditionem stipendia circumspectare. nec à Gubernatrice ad expeditionẽ exciri posse promissis, toties frustratos. Quid tamen si excirentur? nullum ex ijs metum. qui non integram fidem adferrent, plerisq; centurionibus Inquisitionem detestantibus. cæterósque facilè consensuros in scelus, cùm Proceres, cùm tribunos, cùm duces in partibus viderint. Tardum esse peregrinos elicere exercitus. sed nec illos sine stipendio vexilla seruaturos.*

Hos & eiusmodi sermones pronis auribus plerique accipiebant, expendebántque. nam & opes reipublicæ accisas nouerant, vulgatis passim arcanis imperij. Hinc audacia, atróxq; consilium, & fiducia rerum nouandarum. iam primùm nimiâ licentiâ, dein conscientiâ labentis aulæ, & quod negari non potest, nouitatibus oblectatæ; cuius mores, & ingenium omnis ferè regio induerat.

Pri-

Primum coniurationis consilium Bruxellæ fuit. sex nobiles ad cœnam conuenerant. intérque pocula increpantes ignauiam Procerum, quòd toties de abrogandâ Inquisitione consultando perdidissent operam; atque inde indignitas animos acueret, tristissimum facinus exorsi sunt. ferendum vtcumque erat, etsi non æquo animo, si saltèm plebei homines tanto sceleri præbuissent initium. sex aurati equites coniurauere in perniciem publicam, & pacem Belgarum, statúmque concussere. nec enim plures in exordio fuisse memorãtur, vt iure miretur posteritas, à tàm paucis cœptũ, quod tot millium sanguis, nec adhuc satis expiauit. temulenti per insolentiam, atque lasciuiam suscepere nefanda consilia, vt pari audaciâ iam sobrij, nec minus vecordes exequerentur. Seu compromissum, aut compactum, seu societas (quæ inter malos nulla esse potest) siue potius coniuratio, seu quoquo nomine hoc ipsum quod egerunt, appellandum sit, fide inuicèm datâ, acceptâque subscripsere certæ formulæ. De nominibus auctorum omnium non conuenit. Quædam ætas

Exordium coniurationis nobilium.

obliterauit, atque odium partium. ego quoque consultò nonnullis parco, quorum vestigia per annales dissipata inuenio. non quòd posterorum magnitudinem in maiorum maculis, pudendísque imaginibus, offendere metuam. nam quomodocumque hæc scripsero, scio mihi imminere inuidiam. nolo tamen erubescant illi, quos iam fastigijs admotos video. quidam enim hodie eâ laborant intemperie animi, vt maiorum siue errorem, siue fatalem vecordiam exprobrare non timeant liberis innocentibus. Inimica res tranquillitati publicæ, multísque gentibus ciuili sanguine per factiones expiata. Ego virtutes, & vitia temporum tradere constitui: nemini verò ruborem exprimere. Cæterùm Philippum Marnixium Sanctæaldogundum legem fœderis in hunc sensum dictasse comperio.

Formula coniurationis.

Satis constat, quosdam peruersos, callidósque homines, insatiabili auaritiæ, intolerabilique ambitioni, & superbiæ suæ inseruientes, sub falsâ religionis vmbrâ, sub publicæ tranquillitatis

tatis prætextu, perduxisse eò Regem; vt conatus ille sit, contra bonorum suffragia, contrà sacrosanctum Deoq; & hominibus dictum sacramentum, pernitiosissimam Inquisitionem per vim inferre. rem gentibus abominandam, diuinisque, & humanis legibus contrariam. infandam eius crudelitatem, nulla infidelium barbaries, nulla tyrannorum sæuitia exæquat. nec ob aliud reperta est, quàm in contemptum diuini nominis, & exitium publicum. Siquidem iurisdictionem omnem Inquisitoribus transcribit. cæteros in seruitutem redigit. ciuium omnium capita in discrimen adducit. Nemo enim insons futurus est, quisquis vel sacerdotē, vel Hispanum inimicum sibi inuenit, vel scurram aliquem in caput suum subornatum. Nam dicendæ causæ potestas, omnisq; defensio reis adimitur. Hæc ergo reuocamus ad animū. & officij nostri ducimus imminentibus succurrere malis, corporáque & facultates nostras prædæ eripere: ne prætextu violatæ religionis innocentium sanguine calumnia pascatur. Itaquè pulcherrimum facinus contractâ societate aggreßi sumus. grauißimisque

obsecrationibus obstringimus mutua capita, nullam nos Inquisitionem in Belgio passuros, nec vllam rem quæ eò pertineat, quoquo titulo adumbratam; siue Inquisitio, siue visitatio, aut edictum, seu quocumque alio nomine appelletur. sed econtrà sublaturos, atquè eradicaros eam funditùs, tanquàm fontem confusionis, & iniustitiæ. Obtestamur interim haut aliò hæc respicere, quàm ad honorem gloriámque diuini cultus, & amplitudinem Regis, ac salutem publicam. vt salubri aliquâ ratione popularibus discordiis obuiare liceat. Proinde Deum in testem accipimus, non cõmissuros, vt Inquisitio, vel edicta nostrorum quempiam lacessant. cæteroqui corpus, & bona oblaturos in vltionem. sed nec vllus color, aut occasio, nullus titulus, aut causa, ad excusationem proficiet, quominus ad auxilium quisque confluere debeat, etiamsi rebellionis crimen contractum obtendat. Nec enim rebelles dici possunt, qui gloriam quærunt diuini nominis, Regísque maiestatem tuentur, & salutem publicam; qui bonorum curam gerunt, vxorémque, & liberos, & familiam vindicant ab iniuriâ; in

quo-

quorum tutelam Deus, & natura vniuersos obstrinxit. Intereà vt sancta hæc societas inconcussa semper, & inuiolata permaneat, fidem inuicem præstamus, eà nos acturos, ratúmque habituros; quæ statuentur ex communi consilio, vel ex suffragio illorum quibus ea cura mandata fuerit. Creatorem cœli, & terræ, mentium scrutatorem, in testem accipimus nostrarum actionum; sanctißimúmque eius nomen inuocamus, precamúrque suppliciter, ne cœpta hæc nostra successus destituat: vtq; per gratiam S. Spiritus ad honorem sanctißimi nominis sui, publicámq; tranquillitatem, & animarum nostrarum salutem dirigere velit. Amen.

Ipsa ferè retuli verba, sicut erant incompta, atquè acerba, quantùm Latino sermone assequi licuit. Primus deinde Marnixius subscripsit; & si fallat, iratum Deum, hominésque inuocat. Cæteri deinde idem faciunt. Hæc enim erat tessera coniurationis. Cæterùm vt furori pararēt vires, itum inde per prouincias. amicos, propinquos, necessarios, fami-

familiares, notos atque ignotos, bonos ac malos, in idem facinus concitant. Multi leuis animi vitio eaſdem partes amplexi ſunt: pauci conſilio. catholici, an hæretici, nullo diſcrimine. Toti dies comeſſationibus tranſigebantur; & vt quemque in contubernium attraxerant, obuiam ei ire, prenſare, amplecti, onerare poculis, præire ſacramentum, dextram chartæ ad ſignandum adducere, dubitantibus exprobrare vecordiam, minis cogere. ſic paſsim, lateque nomina data. & à pleriſque tantâ ſecuritate, vt ne ſcirent quidem quid ſubſcriberent, atque interim pigeret exquirere. poſtridie verò cum animo ſuo reputantibus magnitudinem facinoris, non patebat regreſſus ad pœnitentiam. Auriacus, Egmondanus, Hornanus, Megemus, Bergenſis & prætereà multi eiuſdem Ordinis, vt auctores, vel participes coniurationis iactabantur, quorum ſigna quoque falsò codicillis impreſſerant. hac arte centuriones potiſſimùm, & ſigniferi in ſcelus obſtricti ſunt. in quibus tamen plus amen-

amentiæ, quàm sceleris fuit. Scio quoque Henricum Brederodium, in Ordinariæ turmæ signiferum strinxisse ferrum, quòd sacramentum accipere detrectaret.

Primum colloquiũ factiosis Bredæ fuit. Sub Idu. Mart. non vno prætextu cum Hornano, ad Auriacũ diuerterant, secretum inituri consilium. Forte autèm Swartenburgius, Hollius, & Westerholtius in Germaniam recedebant. Hoocstratanus solemne viaticum abituris instruxerat, in Hoocstratensi prætorio suo, frequentésque coniuratos conuiuio adhibuit. Egmondanus, & Megemus eòdem veniebant. Cùm multo incalescerent mero, trecentos, & ampliùs nobilissimos viros coniurasse in Inquisitionem & edicta Auriacus memorauit, virésque illorum non immodicè æstimare cœpit. Megemus nouitatem consilij admiratus; quid? inquit, tam pauci in perniciem publicam? ita me Deus, ducenta florenorum millia permiserit mihi Rex, scurris ego illis caput imminuam. Vt facilè appareret abhorrere eum à furiosis consilijs.

lus qui ignoret. hanc in primis gloriam nobilibus peculiarem genius fecit, fortunarum suarum, vitaéq; prodigis pro salute Principis. Proinde nihil priùs nobis fuit, quàm ne, maiorum vestigijs inhærentes, vinceremur obsequio. Mouemur enim causâ reipublicæ. Aliquantillum inuidiæ subire eligimus, quàm intempestiuo peccare silentio, & ad præsens omittere, quæ ad communem incolumitatem pertinent. Quantùm summæ rerū collaturi simus, tempus aperiet. nullum maius à nobis obsequium exspectari potest. Quamuis ergo nemo dubitet, haut perperàm fecisse Regem, quòd seruari iusserit leges, quas rectis forte consilijs Cæsar edixit: tamen habenda est ratio temporis. eius condicio, alia, atq; alia remedia exigit. Eadem illæ leges, vltra priscum rigorem exercitatæ, multorum motuū hactenus causa fuere. Quas cùm nuperis suis litteris Rex non mitigauerit; sed econtra exerceri eas acrius iusserit: timemus sanè, ne ingrauescentia mala in tumultus exeant. quos funesta terrarum vastatio excipiat. multa cottidiè indicia seditionis erumpunt. Iamdiu exspectauimus, vt Proceres, Ordinesue

prouinciarum hanc in se curam transferrent, atq; imminentium calamitatum radicem exscinderent: sed cùm hoc illi grauentur officium, & in procinctu stet pernicies, ac ruina publica: vnusquisq; nostrum muneris sui esse credidit, exoluere se sacramento, atq; impendentis tempestatis periculum auertere. Satis quippe confidimus æqui, boniq; consulturum Regem hæc monita. Maximè enim nostra interest. Quoniam ruri agentes, & populationibus expositi, omnium proximi habemur, in quos tumultuantium rabies feratur. Adhæc si rigorem illum semel admittimus, quem deinceps innocentem Rex habiturus est? non deerunt certè, qui improbâ præmij spe inuitabuntur ad calumniam: qui prætextu violatæ religionis, periculum singulis intentent. quippe accusatis nullum relictum est refugium, quàm clementia, & dissimulatio iudicis; in cuius misericordiâ omnium vitæ opésque sitæ sunt. Oramus ergò vt obuiam eas: & pro magnitudine causæ mittas ocyus ad Regem; vt videat, ne quid detrimenti respub-

respublica accipiat. Salua illa stare non potest, nisi mala hac, edictorum abrogatione anteuertat, & perire leges malit, quàm rempublicam. Quamuis deniq; necessitas temporis edicta non reijceret: iustitia tamen, & æquitas abrogari postulāt. Huius consilij rationem reddemus vobis, quotiescumq; Rex à nobis exegerit. Sed ne officia hæc nostra inimicorum acerbitas in deteriorem partem interpretetur; tanquam contendamus dominantibus præscribere leges, aut Maiestati frænum inijcere: Placebit Regi refingere leges generalium Ordinum consensu, & vltionem flagitiorum sic exigere. Rogamus tamen Celsitudinem tuam, vt dùm exspectas voluntatem Regis, exercitium interim legum, & Inquisitionis suspendas. Quod officij fuit nostri, exegimus. impendentium calamitatum indicia non suppreßimus. ne, si quid euenerit tristius, imputari nobis debeat. Proindè Deum, & Regem, & Celsitudinem tuam, ipsum denique Concilium Status, propriámque conscientiam in testes accipimus præsentis obsequij: in quo haut alios

nos gessimus, quàm fidos clientes, & ministros conuenit. Ideóque instamus quàm maximè, vt maturè subuenias. Offerendi partes Brederodius popoſcit, priſcis Hollandiæ comitibus ſtirpis ſuæ auctoribus ferox, atque ore tenùs facundus, perinde audax, atque factioſus, & ad flagitium promptiſſimus habebatur. Bruxellæ ad calendas proximas adeſſe omnes iuſſi.

Nihil adhuc de coniuratione in apertum eruperat. Primus Gubernatrici indicium Megemus fecit. ita tamen, vt nec totam aperiret tragediæ ſpeciem. Imminere periculum reipublicæ, flagitio trecentorum nobilium, libertatem religionis petentium; quam fœdere inter ſe per iuſiurandum icto, viribúſque externis ſubnixi, mox armati poſtulatum venirent. Vnde id accepiſſet, quamuis rogatus, non adiecit. externum ſibi nobilem retuliſſe ſimulans, cuius nomine abſtineret, ſacramento pietatis obſtrictus. Quippe Megemus, cætera egregius, & in paucis Gubernatrici poſtea charus, rigorem legum, atque Inquiſitionem

iux-

iuxtà oderat. rarò hominibus tantâ virtutum insitâ constantiâ, vt meliora semper suadeant exuti affectibus. supra mortales credendus est, qui amicitiâ, vel odio, animíque contumaciâ aliquando non peccat. optimus tamen ille est, qui minus peccat. Paullò post Egmondanus fœderis exemplar Gubernatrici exhibuit. Nomina coniuratorum, nec omnium prodidit. Secutæ mox sunt ab Auriaco atrociores epistolæ; parari exercitum, duces, & centuriones legionibus assignatos, viginti hominum millia breui in procinctu fore, colorem quæri discordijs, denique mutationem principis in sermone haberi. Ea se deferre quæ audierit. quamuis grauia, & incredibilia, non omnia tamen ex falso constare. Hæc ab illo ficta, & ad simulationem magnarum virium composita dicuntur, vt amoliretur suspicionem conscientiæ, simul & Gubernatrici trepidationem inijceret. Quæ interim attonita, stupentique similis, & iam magis, magísque pauida, reputánsque secũ quid faceret, quid primùm aggrederetur, con-

concilium Procerum quos casus obtulerat, atque eorum quos maximè ducebat idoneos properè contraxit. variantibus sententijs, propè in altercationem res venit. Megemus clamabat; *non esse iam tempus certare otiosis opinionibus, & consultando dies perdere. aut delectum, bellúmq; habendum esse;* *aut vulgandam religionis libertatem. Sed cùm neutrum horum fieri poßit inconsulto Rege, & imminentis periculi magnitudo interuallum non postulet: quod reliquum esset, parendum necessitati; hoc est, Inquisitionem abrogandam, atque aliquid laxamenti dandum legibus, impunitate contracti sceleris factiosis promißà.* Et huic Egmondanus verbo assensus est: fremente Barlaimontio, *vanos esse rumores, & ad terrorem de industrià compositos. fieri non posse, vt strepitum tanti exercitus velocitas famæ non praeueniat. cur metuerent paucorum colluuiem, ex seditiosis aliquot pendentem capitibus? momento temporis dißipari posse, conspirantibus in vnum Proceribus. Et si se audirent, extemplò insignem*

ſignem aliquem ducem obtorto collo arriperent. vno, atque altero percuſſo, quieturos cæteros. & hoc maximè pertinere ad exemplum. Non placere ſibi abolitionem concedi, vbi nec rei, nec crimina proderentur. hoc non eſſe ſcelera tollere; ſed prouocare: non componere ſeditionem; ſed irritare, & ſpe impunitatis, illecebram peccandi porrigere. Gubernatrix ad frequentius Concilium, quod intrà paucos dies habitura erat, rem ex integro diſtulit. variíſque interim cogitationibus diſtracta, potens ſui non erat. incautus ad credendum pauor, conſtantiam abſtulerat. quidquid in triſtiorem partem metus ſuggeſſerat, ſecretâ æſtimatione librabat. colligeret copias? alieno ære demerſum ærarium. neruum belli pecuniam eſſe. ſed cui alas, cui centurias, cui legiones, cui deniquè exercitum crederet, intimis aulæ ſuſpectis? conclamatum fore de religione, ſilentibus inter arma legibus; & ſic bello amiſſuram, propter quod bellum gereret.

Erumpens in publicum coniuratio, populum exſpectatione euentus detentum, variè affecit. prudentiſſimus quiſque nec probare: nec tamen aliud quàm tentationem credere mitigandarum legum, quæ publicè exoſæ, multis quoque familijs funeſtæ, atque exitioſæ timebantur. Longè alius vulgo ſenſus erat. ſeditioſiſſimus quiſque increpare peruicaciam Regis ducebat egregium. extitiſſe viros, qui aſſertum irent libertatem; qui iura, & leges tuerentur. irent nunc Inquiſitores; citarent armatos; nunc torquerent; nunc vrerent. victam eſſe tandem, verſámque in furorem patientiam læſam. Cæterùm acerrima ſeditionum materies fuit, quòd Erijcius Brunſwicenſium dux traderetur compoſuiſſe legiones, & eaſdem à Rege conductas, exſtruendarum arcium, & Inquiſitionis firmandæ causâ; rectáque iter in Belgium dirigere. Nec de legionibus dubitabatur, quas nullâ probabili causâ Brunſwicenſis conſcripſerat. & quorſùm tenderent nemo ſciebat. Nam & vicinorum Principum ſecuritatem,

con-

concuſſit, inſidias, atque arma metuentium. Quod inter cæteros mortales inuidia, id in principibus pro virtute eſt, ſuſpicio alienæ potentiæ. Cliuia erat, quà Bruſwicenſibus in Belgium venturis tranſitus erat. Cæterùm dux eiuſdem regionis profecturus Auguſtam Vindelicorũ ad comitia imperij, omnes eos, qui fide clientelæ, aut obſequio eius tenebantur, arma, & equos parare, atque ad claſſicum intentos conſidere domi iuſſerat. Hinc fama ſine auctore exierat, conſenſiſſe eum in coniuratorum facinus. Crebris litteris Brunſwicenſem Gubernatrix admonuit, vt ab armis falſo Regis titulo ſumptis, decederet. & cum proprio nomine impetrare non poſſet, auctoritatem Cæſaris nequicquam implorauit. Nec ideo tamen mitigatus eſt populus, cuicumq; famæ credulus. Itaq; varijs criminationibus inceſſebat Gubernatricem, vt fallacem & callidam, vanis & inanibus promiſſis, hominibus illudere. ſparſa quoque Antverpiæ fœdia; ſeditioſis referta carminibus, incitamenta diſcordiæ, in vrbe fœcundâ rumoribus, quibus plebs totis illis diebus

perquàm dedita erat: ſed magiſtratus imprimis ad lectionem inhorruit. confeſtim igitur, & ſine morâ in libellorum auctores quæſtionem exercuit, ingentia præmia decernens, ſi quis indicaſſet. vigilias quoque diurnas, nocturnáſque intenſiùs habuit, ſtationéſque per vrbem diſponit, nec mortalium cuiquam fidere iuſſit. Ergo hinc, inde, & vndique atroces nuncij deferebantur in regiam. Antverpienſes vt non apertâ conſenſione; ità viritim deſcendiſſe in coniuratorum facinus, mandatúmque multitudini vt imparatam occuparet vrbem, & ſi forte arma mouerentur à Gubernatrice, ne pecuniam, vel quid aliud, ad vſum belli exportari permitterent. Adhæc Gallos, Anglóſque pepegiſſe, non defuturos ſe coniuratis, ſi Gubernatrix ad arma ſpectare cœperit. Et illa quidèm de Gallis omninò ſecura non erat. Quippe Hugenotti (Gallicis hæreticis hoc nomen fecit ſectæ genius) magnis copijs Caletum intrauerant. Zeelandicas moliri inſulas, & ob hoc ipſum inſtruere claſſem fereban-

rebantur. sed artem fuisse postea apparuit. Exoneraturus Gallias suas Rex, seditiosissimam hominum fæcem in Floridas insulas iure colonorum ignaram traduxit. Saluberrimo more, & ferè vsitato magnis imperijs; vt repurgato populo domi tranquillitas, apud victos munimenta pararentur. Relatum est præterea, Auriaco, & Hornano intercedere cum Coniuratis priuata consilia. Dies appetebat solemni Procerum conuentui indictus. Nec Gubernatrix dubitauit, Auriacum, & Hornanum litteris in senatum perlicere. Nam si per omnia spreti forent, caussam offensæ crederentur accepisse. & iam de coniuratione placidiora omnia acceperat. Vterque quoque abesse non sustinuit. Itaque VI. cal. April. præter eos, in curiam quoque ex optimatum numero conuenere Egmondanus, Arschotanus, Bergensis, Megemus, Arenbergius, Hoochstratanus, Lignius, Montignæus, Barlaimontius, & Hachicourtius. Priuatæ curiæ senatores, vnà cum Bruxellio pariter adsciti sunt. Multis diebus

obsecrationibus obstringimus mutua capita, nullam nos Inquisitionem in Belgio passuros, nec vllam rem quæ eò pertineat, quoquo titulo adumbratam; siue Inquisitio, siue visitatio, aut edictum, seu quocumque alio nomine appelletur. sed econtrà sublaturos, atquè eradicaros eam funditùs, tanquàm fontem confusionis, & iniustitiæ. Obtestamur interim haut aliò hæc respicere, quàm ad honorem gloriámque diuini cultus, & amplitudinem Regis, ac salutem publicam. vt salubri aliquâ ratione popularibus discordiis obuiare liceat. Proinde Deum in testem accipimus, non cōmissuros, vt Inquisitio, vel edicta nostrorum quempiam lacessant. cæteroqui corpus, & bona oblaturos in vltionem. sed nec vllus color, aut occasio, nullus titulus, aut causa, ad excusationem proficiet, quominus ad auxilium quisque confluere debeat, etiamsi rebellionis crimen contractum obtendat. Nec enim rebelles dici possunt, qui gloriam quærunt diuini nominis, Regísque maiestatem tuentur, & salutem publicam; qui bonorum curam gerunt, vxorémque, & liberos, & familiam vindicant ab iniuriâ; in quo-

quorum tutelam Deus, & natura vniuersos obstrinxit. Intereà vt sancta hæc societas inconcussa semper, & inuiolata permaneat, fidem inuicem præstamus, ea nos acturos, ratúmque habituros, quæ statuentur ex communi consilio, vel ex suffragio illorum quibus ea cura mandata fuerit. Creatorem cæli, & terræ, mentium scrutatorem, in testem accipimus nostrarum actionum; sanctißimúmque eius nomen inuocamus, precamúrque suppliciter, ne cœpta hæc nostra successus destituat. vtq; per gratiam S. Spiritus ad honorem sanctißimi nominis sui, publicámq; tranquillitatem, & animarum nostrarum salutem dirigere velit. Amen.

Ipsa ferè retuli verba, sicut erant incompta, atquè acerba, quantùm Latino sermone assequi licuit. Primus deinde Marnixius subscripsit; & si fallat, iratum Deum, hominésque inuocat. Cæteri deinde idem faciunt. Hæc enim erat tessera coniurationis. Cæterùm vt furori pararēt vires, itum inde per prouincias. amicos, propinquos, necessarios, fami-

familiares , notos atque ignotos, bonos ac malos, in idem facinus concitant. Multi leuis animi vitio eaſdem partes amplexi ſunt: pauci conſilio. catholici, an hæretici, nullo diſcrimine. Toti dies comeſſationibus tranſigebantur ; & vt quemque in contubernium attraxerant, obuiam ei ire, prenſare, amplecti, onerare poculis, præire ſacramentum, dextram chartæ ad ſignandum adducere, dubitantibus exprobrare vecordiam, minis cogere. ſic paſsim, lateque nomina data. & à pleriſque tantâ ſecuritate, vt ne ſcirent quidèm quid ſubſcriberent, atque interim pigeret exquirere. poſtridie verò cum animo ſuo reputantibus magnitudinem facinoris , non patebat regreſſus ad pœnitentiam. Auriacus, Egmondanus, Hornanus, Megemus, Bergenſis & prætereà multi eiuſdem Ordinis, vt auctores, vel participes coniurationis iactabantur , quorum ſigna quoque falsò codicillis impreſſerant. hac arte centuriones potiſſimùm , & ſigniferi in ſcelus obſtricti ſunt. in quibus tamen plus amen-

amentiæ, quàm sceleris fuit. Scio quoque Henricum Brederodium, in Ordinariæ turmæ signiferum strinxisse ferrum, quòd sacramentum accipere detrectaret.

Primum colloquiũ factiosis Bredæ fuit. Sub Idu. Mart. non vno prætextu cum Hornano, ad Auriacũ diuerterant, secretum inituri consilium. Forte autèm Swartenburgius, Hollius, & Westerholtius in Germaniam recedebant. Hoocstratanus solemne viaticum abituris instruxerat, in Hoocstratensi prætorio suo, frequentésque coniuratos conuiuio adhibuit. Egmondanus, & Megemus eòdem veniebant. Cùm multo incalescerent mero, trecentos, & ampliùs nobilissimos viros coniurasse in Inquisitionem & edicta Auriacus memorauit, virésque illorum non immodicè æstimare cœpit. Megemus nouitatem consilij admiratus; quid? inquit, tam pauci in perniciem publicam? ita me Deus, ducenta florenorum millia permiserit mihi Rex, scurris ego illis caput imminuam. Vt facilè appareret abhorrere eum à furiosis consilijs.

lus qui ignoret. hanc in primis gloriam nobilibus peculiarem genius fecit, fortunarum suarum, vitæq; prodigis pro salute Principis. Proinde nihil prius nobis fuit, quàm ne, maiorum vestigijs inhærentes, vinceremur obsequio. Mouemur enim causâ reipublicæ. Aliquantillum inuidiæ subire eligimus, quàm intempestiuo peccare silentio, & ad præsens omittere, quæ ad communem incolumitatem pertinent. Quantùm summæ rerũ collaturi simus, tempus aperiet. nullum maius à nobis obsequium exspectari potest. Quamuis ergo nemo dubitet, haut perperàm fecisse Regem, quòd seruari iusserit leges, quas rectis forte consilijs Cæsar edixit: tamen habenda est ratio temporis. eius condicio, alia, atq; alia remedia exigit. Eadem illæ leges, vltra priscum rigorem exercitatæ, multorum motuũ hactenus causa fuere. Quas cùm nuperis suis litteris Rex non mitigauerit; sed econtra exerceri eas acrius iußerit: timemus sanè, ne ingrauescentia mala in tumultus exeant. quos funesta terrarum vastatio excipiat. multa cottidiè indicia seditionis erumpunt. Iamdiu exspectauimus, vt Proceres, Ordinesue

prouinciarum hanc in se curam transferrent, atq; imminentium calamitatum radicem exscinderent: sed cùm hoc illi grauentur officium, & in procinctu stet pernicies, ac ruina publica: vnusquisq; nostrum muneris sui esse credidit, exoluere se sacramento, atq; impendentis tempestatis periculum auertere. Satis quippe confidimus æqui, boniq; consulturum Regem hæc monita. Maximè enim nostra interest. Quoniam ruri agentes, & populationibus expositi, omnium proximi habemur, in quos tumultuantium rabies feratur. Adhæc si rigorem illum semel admittimus, quem deinceps innocentem Rex habiturus est? non deerunt certè, qui improbâ præmij spe inuitabuntur ad calumniam: qui prætextu violatæ religionis, periculum singulis intentent. quippe accusatis nullum relictum est refugium, quàm clementia, & dissimulatio iudicis; in cuius misericordiâ omnium vita opésque sitæ sunt. Oramus ergò vt obuiam eas: & pro magnitudine causæ mittas ocyus ad Regem; vt videat, ne quid detrimenti respub-

respublica accipiat. Salua illa stare non potest, nisi mala hæc, edictorum abrogatione anteuertat, & perire leges malit, quàm rempublicam. Quamuis deniq; necessitas temporis edicta non reijceret: iustitia tamen, & æquitas abrogari postulāt. Huius consilij rationem reddemus vobis, quotiescumq; Rex à nobis exegerit. Sed ne officia hæc nostra inimicorum acerbitas in deteriorem partem interpretetur; tanquam contendamus dominantibus præscribere leges, aut Maiestati frænum inijcere: Placebit Regi refingere leges generalium Ordinum consensu, & vltionem flagitiorum sic exigere. Rogamus tamen Celsitudinem tuam, vt dùm exspectas voluntatem Regis, exercitium interim legum, & Inquisitionis suspendas: Quod officij fuit nostri, exegimus. impendentium calamitatum indicia non suppressimus. ne, si quid euenerit tristius, imputari nobis debeat. Proindè Deum, & Regem, & Celsitudinem tuam, ipsum denique Concilium Status, propriámque conscientiam in testes accipimus præsentis obsequij: in quo haut alios

iuxtà oderat. rarò hominibus tantâ virtutum insitâ constantiâ, vt meliora semper suadeant exuti affectibus. supra mortales credendus est, qui amicitiâ, vel odio, animíque contumaciâ aliquando non peccat. optimus tamen ille est, qui minus peccat. Paullò post Egmondanus fœderis exemplar Gubernatrici exhibuit. Nomina coniuratorum, nec omnium prodidit. Secutæ mox sunt ab Auriaco atrociores epistolæ; parari exercitum, duces, & centuriones legionibus assignatos, viginti hominum millia breui in procinctu fore, colorem quæri discordijs, denique mutationem principis in sermone haberi. Ea se deferre quæ audierit. quamuis grauia, & incredibilia, non omnia tamen ex falso constare. Hæc ab illo ficta, & ad simulationem magnarum virium composita dicuntur, vt amoliretur suspicionem conscientiæ, simul & Gubernatrici trepidationem inijceret. Quæ interim attonita, stupentique similis, & iam magis, magísque pauida, reputánsque secũ quid faceret, quid primùm aggrederetur,
con-

concilium Procerum quos casus obtulerat, atque eorum quos maximè ducebat idoneos properè contraxit. variantibus sententijs, propè in altercationem res venit. Megemus clamabat; *non esse iam tempus certare otiosis opinionibus, & consultando dies perdere. aut delectum, bellúmq; habendum esse; aut vulgandam religionis libertatem. Sed cùm neutrum horum fieri poßit inconsulto Rege, & imminentis periculi magnitudo interuallum non postulet: quod reliquum esset, parendum neceßitati; hoc est, Inquisitionem abrogandam, atque aliquid laxamenti dandum legibus, impunitate contracti sceleris factiosis promißà.* Et huic Egmondanus verbo assensus est: fremente Barlaimontio, *vanos esse rumores, & ad terrorem de industrià compositos. fieri non posse, vt strepitum tanti exercitus velocitas fama non preueniat. cur metuerent paucorum colluuiem, ex seditiosis aliquot pendentem capitibus? momento temporis dißipari posse, conspirantibus in vnum Proceribus. Et si se audirent, extemplò insignem*

ſignem aliquem ducem obtorto collo arriperent. vno, atque altero percuſſo, quieturos cateros. & hoc maximè pertinere ad exemplum. Non placere ſibi abolitionem concedi, vbi nec rei, nec crimina proderentur. hoc non eſſe ſcelera tollere; ſed prouocare: non componere ſeditionem; ſed irritare, & ſpe impunitatis, illecebram peccandi porrigere. Gubernatrix ad frequentius Concilium, quod intrà paucos dies habitura erat, rem ex integro diſtulit. variiſque interim cogitationibus diſtracta, potens ſui non erat. incautus ad credendum pauor, conſtantiam abſtulerat. quidquid in triſtiorem partem metus ſuggeſſerat, ſecretâ æſtimatione librabat. colligeret copias? alieno ære demerſum ærarium. neruum belli pecuniam eſſe. ſed cui alas, cui centurias, cui legiones, cui deniquè exercitum crederet, intimis aulæ ſuſpectis? conclamatum fore de religione, ſilentibus inter arma legibus; & ſic bello amiſſuram, propter quod bellum gereret.

Erumpens in publicum coniuratio, populum exſpectatione euentus detentum, variè affecit. prudentiſſimus quiſque nec probare: nec tamen aliud quàm tentationem credere mitigandarum legum, quæ publicè exoſæ, multis quoque familijs funeſtæ, atque exitioſæ timebantur. Longè alius vulgo ſenſus erat. ſeditioſiſſimus quiſque increpare peruicaciam Regis ducebat egregium. extitiſſe viros, qui aſſertum irent libertatem; qui iura, & leges tuerentur. irent nunc Inquiſitores; citarent armatos; nunc torquerent; nunc vrerent. victam eſſe tandem, verſámque in furorem patientiam læſam. Cæterùm acerrima ſeditionum materies fuit, quòd Erijcius Brunſwicenſium dux traderetur compoſuiſſe legiones, & eaſdem à Rege conductas, exſtruendarum arcium, & Inquiſitionis firmandæ causâ; rectáque iter in Belgium dirigere. Nec de legionibus dubitabatur, quas nullâ probabili causâ Brunſwicenſis conſcripſerat. & quorsùm tenderent nemo ſciebat. Nam & vicinorum Principum ſecuritatem,

con-

concussit, insidias, atque arma metuentium. Quod inter cæteros mortales inuidia, id in principibus pro virtute est, suspicio alienæ potentiæ. Cliuia erat, quà Bruswicensibus in Belgium venturis transitus erat. Cæterùm dux eiusdem regionis profecturus Augustam Vindelicorũ ad comitia imperij, omnes eos, qui fide clientelæ, aut obsequio eius tenebantur, arma, & equos parare, atque ad classicum intentos considere domi iusserat. Hinc fama sine auctore exierat, consensisse eum in coniuratorum facinus. Crebris litteris Brunswicensem Gubernatrix admonuit, vt ab armis falso Regis titulo sumptis, decederet. & cum proprio nomine impetrare non posset, auctoritatem Cæsaris nequicquam implorauit. Nec ideo tamen mitigatus est populus, cuicumq; famæ credulus. Itaq; varijs criminationibus incessebat Gubernatricem, vt fallacem & callidam, vanis & inanibus promissis, hominibus illudere. sparsa quoque Antverpiæ fœdia; seditiosis referta carminibus, incitamenta discordiæ, in vrbe fœcundâ rumoribus, quibus plebs totis illis diebus

perquàm dedita erat. ſed magiſtratus imprimis ad lectionem inhorruit. confeſtìm igitur, & ſine morâ in libellorum auctores quæſtionem exercuit, ingentia præmia decernens, ſi quis indicaſſet. vigilias quoque diurnas, nocturnáſque intenſiùs habuit. ſtationéſque per vrbem diſponit, nec mortalium cuiquam fidere iuſſit. Ergo hinc, inde, & vndique atroces nuncij deferebantur in regiam. Antverpienſes vt non apertâ conſenſione; ità viritim deſcendiſſe in coniuratorum facinus, mandatúmque multitudini vt imparatam occuparet vrbem, & ſi forte arma mouerentur à Gubernatrice, ne pecuniam, vel quid aliud, ad vſum belli exportari permitterent. Adhæc Gallos, Anglóſque pepegiſſe, non defuturos ſe coniuratis, ſi Gubernatrix ad arma ſpectare cœperit. Et illa quidèm de Gallis omninò ſecura non erat. Quippe Hugenotti (Gallicis hæreticis hoc nomen fecit ſectæ genius) magnis copijs Caletum intrauerant. Zeelandicas moliri inſulas, & ob hoc ipſum inſtruere claſſem fereban-

rebantur. ſed artem fuiſſe poſtea apparuit. Exoneraturus Gallias ſuas Rex, ſeditioſiſſimam hominum fæcem in Floridas inſulas iure colonorum ignaram traduxit. Saluberrimo more, & ferè vſitato magnis imperijs; vt repurgato populo domi tranquillitas, apud victos munimenta pararentur. Relatum eſt præterea, Auriaco, & Hornano intercedere cum Coniuratis priuata conſilia. Dies appetebat ſolemni Procerum conuentui indictus. Nec Gubernatrix dubitauit, Auriacum, & Hornanum litteris in ſenatum pellicere. Nam ſi per omnia ſpreti forent, cauſam offenſæ crederentur accepiſſe. & iam de coniuratione placidiora omnia acceperat. Vterque quoque abeſſe non ſuſtinuit. Itaque vi. cal. April. præter eos, in curiam quoque ex optimatum numero conuenere Egmondanus, Arſchotanus, Bergenſis, Megemus, Arenbergius, Hoochſtratanus, Lignius, Montignæus, Barlaimontius, & Hachicourtius. Priuatæ curiæ ſenatores, vnà cum Bruxellio pariter adſciti ſunt. Multis diebus

assidui in eo fuerunt, quid statuerent de Inquisitione & edictis; in hanc, aut illam partem suffragia variantes. Multi pro legibus stabant. Plures mediam sententiam eligebant. Alij leges omninò detestabantur. E quibus Auriacus ita disseruit. *Vtinam in principio credidisses nobis. suaseramus si morbi sauitiam ponere velles, vterere potius alijs artibus, ijsq; mitioribus, quàm metu mortis contaminatos in desperationem adduceres. Omnes vt vides eiusdem animi sumus. religionem Catholicam saluam volumus. & si integritas eius sine ope Inquisitionis retineri non possit; agedum digna hac est, cui fortunas impendamus, & spiritum. sed vt modò audisti, longè nobis diuersa sententia est, tolli ergo debet tot malorum seges atque materia, vt nos periculo liberet. Inquisitionem tamen rectè distinxit, quisquis paullo ante duo eius genera constituit; Papalem, & Episcopalem. priorem illam quia possumus, habere desinamus: alteram enim omninò non possumus; nisi vt episcopos exterminemus.*

Edi-

ſedibus, quorum eſſe munus nemo ignorat, in cuiuſque mores, & genium, vitiáque inquirere. Et hoc ipſum, quidquid eſt, Inquiſitio eſt. Neq; tamen illa eſt; quam nefariâ voce perſtringit populus. Papalis illa, ſeu Romana, ſiue Hiſpanica, ſeu quouis alio nomine dicta, illa tamen ſola in faſtidium venit, queſtúſq;, & odia hominum prope in tumultum concitat. Quid igitur eâ opus eſt nobis, quam multis gentibus deeſſe video? Priſtinus rerum ſtatus, pleriſque Galliæ, & Germaniæ populis nihil ad conſtantiam obfuit. ſatis erit meâ ſententiâ, ſi paſtores curam intendant, ſi epiſcopi officium impleant ſuum. Nam & ſaluâ Regis pace, Papalem adimi poſſe ſat conijcio. Ille enim cùm ad te ſcriberet, nihil ſe ex vetere more mutare velle adiecit. Ante Lutheri ortum Inquiſitionem Papalem nemo nouerat. Imperatoria Maieſtas primus induxit. at cùm otiaretur Eccleſia, cùm torperent epiſcopi, cùm ſorderent ſacerdotum mores; breuiter, cùm tempora exigerent. Neſcio tamen, vtiliúſne Cæſar, an periculoſius fecerit, quòd leges

publi-

publicas, hoc est; fundamenta reipublicæ concusserit. Interim alia est hodiè imperij facies, alius dignitatum aspectus, alius rerum ordo. Prouincias aspicite, tot episcopis, quot opulentis ferè ciuitatibus instructas. Ecquid mirum, si ad sæculi nostri genium remedia exigimus? Medici non nisi ægrè ad tristiora recurrunt. omnia prius experiuntur, antequàm ad vstionem veniant. nundum deplorata res est, & consumpta remedia. Periculosè status bene constituti leges vertuntur. Imitandi sunt periti medici, qui acerbiora medicamenta suaui temperant mixturà, & stomacho nauseantis accommodant. lenitate, non rigore opus est nobis. videmus fastidium populi. mitigandum hoc est, ne (quod abominor) in seditionem exeat. Quod ad me igitur attinet, magnopere censerem, hoc esse tempus, quo Inquisitionis exercitium differre oporteat. quod sine cuiusquam fraude facere licet. Inquisitores ab hodierno Pontifice diploma non habent. sine quo hactenus illorum nemo iurisdictionem incepit. & ipsi quoque fata

Pon-

Pontificis, mandatum suum extingui existimant. hæc de Inquisitione, mea, nec (vt vides) sola sententia est. De edictis verò quid iudicem, iam antè multa audisti, & plura nunc in contemplationem veniunt. Nihilominùs Viglius perueniendum putat ad gladios. aliter sectarios, ait, tolli non posse. Et vt verum fatear, ea sententia olìm plurium fuit. sed ego illam condicioni temporum, non prudentiæ imputo. Vsu rerum compertùm est, exquisitiorem quámque crudelitatem, magis esse sectarum illecebram. Nam qui nouæ religioni accedunt, ita plerumque affecti sunt, vt à Deo traductam putent fidem suam, atq; vnam præsenti morti peruicaciam anteponant. Proximis annis multi professiones illas amplexi sunt, haut alio vitio, quàm quòd in perituris constantiam mortis attoniti admirarentur. Rectè eos credere debere ducebant, qui ob hoc ipsum quod crederent, corpora sua, (quæ vtique non oderant) supplicijs offerrent in pignus, & infanda tormenta læti exciperent. Hoc in Gallia,

hoc in Angliâ, hoc apud nos deniq; crudelitas profecit, vt plures de nouo reos faceret. Primi quoque Christiani iactare solebant sanguinem martyrum, semen esse Ecclesiæ. Proinde Iulianus Imperator, vt eos sibi inuisos funditùs erueret, mitius habuit. & sanè plures ille pace, & otio à fide abstraxit, quàm priores illi ferro, & sanguine. Non est gladio ius in animum. Iudæorum peruicaciam nullus vnquam Regum excußit. Animi viribus debellandus est animus. Quàm atrociter hæresis Græcorum concußit imperium? ferè tamen Cæsares exilio contenti fuere. Nec Constantinus ab Ario, Constantius ab Ætio, Theodosius à Nestorio grauiora exegit supplicia. & hic tamen tristißimas pœnas legibus sanxerat, vt terreret noxios, quorum interim nemo gladio perijt. vbi iam sunt Ariani, quos non vnum regnum, non vnum imperium, ferè dicam, non vnus capiebat orbis? secura segnities, & non irritata vetustas vniuersos extinxit. Omnis hæresis hoc in se habet.

habet, vt exoriens tollat supercilium: simul verò atque exuta nouitas est, sibi relicta, & nullo cogente sponte excidat. Contenti simus pœnis, quibus tanti Imperatores fregere flagitia. nunquam tutius quàm per exempla progredimur. Noua & inexperta cum periculo incipiuntur. Carolus Cæsar anno M I Ↄ L. *solicitantibus prouincijs de rigore legum quædam detraxit. sicut Rex Philippus proximè meditabatur. benignitatem eius Episcopi deterruere. an rectis consilijs, ipsi viderint. Ego interim leges pro moribus temporum flectendas iudico: vincemus scelera, si non vicerint. Nam vt omninò esse desinant, vix equidem fieri posse existimo. Nascituras semper hæreses Apostolus prædixit. Demus verò leges illas optimas esse: quid iam tamen proficient? In plures contagio serpsit, quàm citari possint singulorum nomina. quid si, dùm intentos iugulo suo viderint enses, ad insaniora necessitate adigantur? Ex paruâ scintillâ magnum sæpe ortum est incendium.*

Haut aliis initiis Galli in seditiones secessere; cum quibus coniuratos intelligo sociare consilia. Placandi ergo aliquâ ratione sunt nobis, si pacem retinere volumus. Quod in præsentiarum dedi, tutum est consilium. quæ vobis optima videbuntur Deus secundet. Nemini mirum videri debet, tantam in illo principe eluxisse cognitionem philosophiæ. Ex Balduini colloquijs hauserat. His ille artibus rempublicam componere susceperat. Libratis ergo hinc, inde rationibus, media placuit via, hoc est; derogare aliquid legibus, quas nec saluâ pace retinere poterant, nec saluâ religione abrogare. Dein coniuratis respondendum esse censebant, quòd Inquisitionem non habentibus, nullam inferrent: habentibus, interim exercitium eius mollirent, quoad de voluntate Regis redderentur certiores. moderationem legum Gubernatrici & Proceribus curæ fore: nec laturos alias, quàm quas consensus Ordinum comprobasset communi suffragio. Nec morâ Gubernatrix Priuatam curi-

curiam, primò quoquo tempore noui edicti formulam componere iussit.

Dum hæc aguntur, rumor curiam penetrat, venisse in vrbem coniuratos. Brederodius cum paucis appulerat. cæteri postridie successuri ferebantur. Et hoc nuncians alius superuenit. Rogare gubernatrix cœpit, quid auctores sibi fierent, vtrum appropinquanti multitudini occluderet portas vrbis, an potius in tutum secedens furentibus se eriperet. Egmondani sententia abhorrebat à fugâ, violandísque ijs, qui ad tribunal decurrerent. Quem intuens Barlaimontius, quin imò inquit, compleamus curiam armatis, & vniuersis trucidatis tam effusam vindicemus licentiam. Auriacus negabat se commissurum, vt instar barbaricæ feritatis damnaret, quos nundum constaret esse reos. multos eorum sanguine, vel affinitate sibi permixtos. si supplices venirent, quare non liceret his, quod promiscuè omnibus licet? si inermes, nihil esse quod formidarent. Quidam censebant occultè hortandos coniuratos, vt

ſinguli, & ſine turbâ venirent in oppidum, vel prouinciarum rectoribus libellos porrigerēt.

Coniurati in curiam prodeunt.

Non intererat Coniuratorum quid decerneretur. cogi ad obſequium non poterant. In vrbem recepti, nonis April. progrediuntur in curiam. bini ac bini longo ordine procedebant. Diceres pompam funebrem ducere. De numero ſcriptores non conſentiunt. trecentos fuiſſe multi tradidere, plures alij, pauciores nonnulli conſtituunt. Ego in litteris Gubernatricis ducentos inuenio. Egregium agmen ſplendidorum equitum; nec inania nomina præferentium. Eminebant inter illos Ludouicus Naſſouius cum Brederodio, ſyrma claudentes; altíſque ſpiritibus inflati, & non vulgari ſpecie, omnium oculos in ſe attraxerant. Ingens turba denſis ruebat agminibus in ſpectaculum, exſpectatione ſuſpenſa. Pauci ex plebe hoc conſpectu mouebantur. Ignari adhuc quantum feralis illa vecordia conflaret incendium; cuius calamitas maximâ ex parte in ſe redundaret. Frequens eo die Concilium aduocatum erat. admiſiſque in conſpectum coniuratis Brede-

dero-

derodius vno genu procumbebat in terram, vultúque elato, poſt officioſæ dimiſſionis venerationem hæc verba locutus eſt: *Domina, Nobiles hi, quorum numerum vides, grauiſsimis de rebus, & ad ſalutem publicam pertinentibus, ad te libellum adferunt. plures idem facturi erant. ſed ſua cuiq; ratio adeſſe non patitur. Prouidere tibi placeat, quæ putabis in commune conducere; atq; æqui, boniq; hæc conſulere.* Dein porrexit libellum, &; *ceterùm, Domina*, inquit, *quidam actis noſtris obtrectare auſi, egere negotium calumniæ. turbas, ſeditiones, & quod atrocius eſt, mutationem ſtatus moliri nos differunt; fœderáq; cum alienigenis contrahere. Indigna prorsùs animo noſtro cogitatio & ſacramento aduerſa. Rogamus ergo delatores renuncies; & ad quos tantùm pertineat facinus, vt perueſtigato ſcelere debitas pœnas à noxijs exigas.* Gubernatrix accepto libello ad Conciliū relaturam ſe dixit. iuſsítq; in veſperam opperiri reſponſum. Dein marginibus libelli ex Procerum conſilio adſcripſit; *Legatos ſe miſſuram ad regem. in ingenio ac benignitate eius fiduciam ponerent. ſe quoque*

Oratio coniuratorum libellum offerentium.

inter-

interposituram officij sui ministerium. De mitigandis edictis iam multò ante cum Proceribus egisse: & in promptu esse formulam, quam destinaret Regi. pro certo haberent non displicituram eam prouincijs. scire vtiquè & ipsos, quàm in potestate suâ non esset, intermittere Inquisitionis, legúmque munia, vel prouincias ex eâ parte exleges relinquere. contentos esse debere, quòd de postulatis eorum ad Regem scriberet. Daturámque operam, dum responsum opperiunt, vt Inquisitores, & magistratus prouidentius, modestiúsque se gerant, nec querelæ causam cuiquam præbeant. Eos quoque se mores ab illis exspectare. Confiderent itaque, Inquisitionem se non illaturam his prouinciis, quibus hactenus insolita fuerit. & hoc esse, quod Brabantis nuper rescripserit. ad quæ impetranda eò procliuius operam, curámque impenderet suam, quòd ab omni mutatione religionis alienos eos intelligeret. Tenebrante vesperâ coniurati reuertuntur in curiam. recepto libello, rescriptum tumultuantibus magnopere displicuit.

Et

Et certè exſpectatione minora conſecuti fuerant. Itaque preces repetere ſtatuunt. Et quoniam fatalis quædam amentia peruagabatur prouincias, multi cottidiè deficiebant ad illos. & qui priùs ſociauerant conſilia, plures iam aderant. Culenburgius quoque ſimul interuenit, magnâ nobilium iuuenum manu ſtipatus. VII idu. Apr. eâdem pompâ rurſus iter in curiam dirigunt. Admiſſi in conſpectum, *magnas*, inquit Brederodius, *debemus tibi gratias, Domina, quòd de his quæ fecimus rectè ſentias, nec protelationibus vllis reſponſum moreris. cæterùm ſi ambiguam voluntatem tuam, nonnihil liquidiorem effeceris, nihil eſt, quod debeamus amplius optare. Nam Inquiſitionis, legúmque arbitrium, non eſſe tuæ poteſtatis, longè ante cognouimus. Interìm tamen, dum deſideria noſtra perferuntur ad Regem, ſine contatione concedere potes, ne Iudices, vel Inquiſitores ſupplicijs quemquam conficiant. Leges quas ex ſuffragio Ordinum laturus eſt Rex, non tantum ſummâ fide cuſtodiemus: ſed &*

omni ope nitemur, vt eâdem ſanctitate ab alijs colantur. Si quos noſtrorum ſeditionis noxâ, contactos exiſtimes, per nos licet ſupplicia expetas. Hæc coram teſtari voluimus, ne ſi quid fortè acciderit triſtius, nobis imputes. cùm fidem non habueris inſtantis periculi diſcrimen denuntiantibus. Oramus itaque vt cuncta referas ad rempublicam. pro quâ & corpora noſtra offerimus, nec recuſamus occumbere. Ad ea Gubernatrix, reſcripto contentos eſſe iuſſit. maiora impræſentiarum præſtare non poſſe. Exaratas eſſe litteras, quas magiſtratibus, Inquiſitoribúſque tranſmitteret. Has deinde recitari eis curat. monuítque vt litarent modeſtiæ, nec quemquam vltrà in ſocietatem admitterent. Curiâ egrediens circumfuſos rogabat Proceres, nunquid ſibi iratiores viderentur Coniurati. Quid? inquit Barlaimontius, ſecuram ego te efficio. non eſt, quod Geuſios illos extimeſcas. Quæ vox ab aſtantibus excepta, cauſam nomini fecit, vt dicemus poſtea. Multi variant in tempore,

&

& ante oblationem libelli vocem illam emissam affirmant. Nec refert quando. de facto non ambigitur. Coniurati autem blandis vocibus castigati, coibant ad epulas, quas Florentius Pallas Culenburgij comes vniuersis instruxerat. Multi se omnis ordinis applicuere conuiuio. Adultâ iam cœnâ poculis certare incipiunt. strepitúque confuso personabat triclinium, & in diuersa trahebatur alacritas. Ex his bacchantium nescio quis, & ipse insigniter madidus, Geusios se per amaritudinem cauilli apellatos proclamat. arreptóq; protenus ingenti scypho, Geusijs libauit. exhausto eo ad vmbilicum perpetuo spiritu, eià viuat Rex, viuant Geusij vociferari cœpit. sed & eâdem legé circumferri craterem, & singulos haustus pari clamore prosequi iussit. Omnes incaluerant mero. tam ministri, quàm conuiuæ in furorem soluebantur. non clamoribus, non poculis temperabant. Ita res in serium versa est. Et inde nominis originem secta inuenit, quæ initio sui modica: nunc Regis sui vires, & imperium quassare non

timuit. Scurras, & mendicos Belgæ Geuten appellant. ductam à Gothis vocem plerique conijciunt; quorum barbaries latrocinantibus similis, nomen gentis posteris ignominiosum fecit. Nos hæc curiosis ingenijs scrutanda relinquimus. Igitur in hunc modum bacchantibus, Hoochstratanus superuenit à Gubernatrice. Explorare iussus erat, an in fide se mansuros polliceri vellent. Sed à lymphantibus intrò abripitur. credebat ludicrum agi. verticibus capitis alternatìm obuersos imponebant galeros, manticam circumstantes quam Brederodius è lacunari suspenderat. pérque vicem in sedem tollebantur. vbi inter solemnem aliorum vociferationem exsiccato scypho, per panem, salémque, & manticam, in constantiam fœderis sacramentum præstabant. Postero die ebrietate excussâ nihil saniores, abradi mentum iubent. subcineritios cultus sibi induunt, ligneásque scutellas de circulo galeri suspendunt. prorsùs, ne quid differrent à mendicis, quorum nomen assumserant, habitúmque

que, & mores imitabantur. Aureum numiſma de collo demittunt. duraturi fœderis teſſera erat. ſine quâ ſuorum quemquam prodire in publicum nefas ſanxerant. In vno latere Philippi Regis imago eminebat, vibrantibus oculis animata, criſpíſque labris, & in tumorem ſurgentibus, vt Auſtriacum agnoſceres. Extremitates verò percurrebat hæc inſcriptio FIDELES REGI. Alteram faciem duæ aſperabant manus, implicatis inter ſe pectinatim digitis porrectæ, tanquam in fœdus concurrerent, exprimentes fidei ſignum. De pollicibus pera dimittebatur, pendentibus funiculis conſtricta. in ambitu eius eminentibus litteris cælatum erat, VSQVE AD MANTICAM. Inde duos ex ſuorum numero, in eum modum excultos, ad Gubernatricem adornant. Neceſſitatem fœderis excuſatum ibant, in quod publico ſe compendio adactós, nihil aduersùs numen, Regémque decretum dicerent. proinde vt apertâ profeſſione placere ſibi teſtaretur, inſtanter petebant. Ad tam

perplexæ interrogationis insidias; Ego, respondit Gubernatrix, huius vtiquè causæ iudex non sum. tempora nos erudient, vtrum rectè, an perperam feceritis. Satis ostendens, promptam tantæ turbæ lasciuiam admodum sibi grauem esse. Et hoc ipsum quoque Coniurati senserant. Duodecim igitur præfectos constituunt. Eos vulgus per cauillum, ex numeri similitudine, Apostolos vocabat. Cæteris domum remissis, soli illi ad solicitandam promissorum fidem Bruxellis relinquuntur.

Inter quæ Priuata curia noui edicti tabulam Gubernatrici repræsentauit, illa verò excutiendam tradidit Procerum Concilio. Auriacus cum suis, ita legibus illis assensus est, si extemplò ferrentur. Priuata curia in contrarium incubuit, & Gubernatricem traxit in sententiam suam, auctoritate Regis opus esse dictitantem. Hinc inter eos orta contentio est. Et Auriacus ingentem iram concipiens animo; intelligo, inquit, suspecta esse consilia mea. Neque Regi opus est amicis, quorum damnat fidem: neque mihi glorio-

sum

ſum pro faſtidiente principe certare obſequio. Ego me deinceps reipublicæ ſubtraham. Nec diuerſa ab his Hornanus dixit. Egmondanus verò, ex medicorum præſcripto Baias ſe Aquiſgranenſes petere iuſſum obtendens, paucorum menſium rogabat inducias. Hanc rem Gubernatrix grauitèr tulit. inter tot pericula, querebatur ſe deſtitui Precibus deinde Auriacū aggreſſa, & ſi nec meo, inquit, nec reipublicæ nomine mouearis; ſaltem ne ſuſpicionem conſcientiæ vulgo facias. Ludouicus Naſſouius ac Brederodius fouerunt apud te iura hoſpitij. & hoc palam, atque in ore eſt omni populo. Quid igitur exiſtimabit cùm te quoque hinc proreptum, & contumacius abſtinere curiâ viderit? nonne vt princeps coniurationis habearis, aut particeps? Ad vltimum abire perſeuerantes verbis terret, culpæ eos ſubſtituens, ſi quid detrimenti infunderetur reipublicæ. deinde iterum ad preces conuerſa, vt manerent expreſſit. Poſt hæc Bergenſem, & Montignæum in Hiſpaniam decernit. Acceptum vtrumque coniuratis nouerat, Inquiſitioni, legi-

legibúsque iuxtà infensum. sed ne vacua rectoribus gubernacula relinquerent. In locum Bergensis, Philippum à Sancto-aldegonda Noircarmy dominum Hannoniæ Valencenísque ad tempus suffecit. Eâdem lege Ioanni Casteleto Mailbasij domino Tornacum attribuit. Noui quoque edicti exempla distribuit rectoribus prouinciarum, tradenda Ordinibus Eius forma talis erit. *Religionem, quàm catholicam ne doceto. functionem Ministerij nemo exerceto. noxios libros ne conscribito. domum conuenticulis ne aperito. turbas ne concitato. catholicos ne offendito. Qui horum quid faxit, & pœnitens fuerit, gladio plectitor; si contumax, laqueo exstinguitor. bona damnatorum eatenus publicantor, quatenus per leges municipales licet.*

Qui hæresim contraxerit, & horum nihil fecerit, si coram episcopo renuntiauerit, fraudi ei non esto. si non renuntiauerit relegator. bonis interim fruitor, alienandi, aut testandi facultatem ne habeto. catholici intestatis succe-

ſuccedunto. Si proſcriptus publicam vel religionis tranquillitatem turbaſsit, bona amittito.

Anababtiſtæ pœnitentes, & alterius noxæ non comperti, arbitrio iudicis, citra mortem puniuntor. contumaces exilio, boniſque amiſſis coërcentor.

Relapſi qui non maledixerint, publicatis bonis prouincijs cedunto. qui maledixerint, vltimo afficiuntor ſupplicio. Anababtiſtæ relapſi ſine diſcrimine damnantor ad laqueos.

Qui dolo malo ſeditioſos, aut contaminatos libellos ſæpius excuderit, pœnâ Miniſtrorum tenetor. ſi rariùs, exilio plectitor, & arbitrio iudicis. Qui duntaxat lucri causâ fecerit, extra ordinem coercetor.

Diſputationem ſeductionis causâ frequentius inſtituere capital eſto. Rariùs, animiq; gratiâ, arbitraria pœna.

Qui vetitos legerit libros; qui legendos alteri exhibuerit; qui vetitas imagines pinxerit; ſtatuas finxerit; aut horum aliquid habuerit; qui interfuerit ſectariorum conuen-

ticulis, pro conditione criminis, & personæ plectitor, iudicis arbitrio.

Qui illicita conuenticula prodiderit, si particeps fuerit, impunitatem habeto: si non fuerit, dimidium bonorum, quoties non excesserint sexcentos florenos, auferto: quoties excesserint, quartam partem percipito.

Peregrini in vrbes vicósque, sine pastoris, aut Magistratus testimonio ne admittuntor. hæc lex tamen peregrinos mercatores non teneat, si modestè se, ac sine cuiusquam offensâ gesserint.

Regij iudices, inferioréſue magistratus, & vasalli in reos animaduertunto. sin secus; honoribus, muneribus, feudo priuantor.

Magistratibus, & territoriorum patronis, reuocandi domum ius non esto.

Si cui noxa indulta fuerit; ad honores, & magistratus inhabilis esto.

Qui suspecti pronuntiati erunt, restitutionémque impetrauerint, ad munera & honores admittuntor.

Quam-

Quamuis extra territorium relegare non liceat, quisquis tamen ob hæresim proscriptus fuerit, vniuersis prouincijs cedito.

In typographos, bibliopolas & ludimagistros haut diuersa à superioribus legibus statuebantur. Vnus mensis deliberandi causâ datus est magistratibus. post illum sententiam remittere iubebantur. Prolixiúsque spatium Gubernatrix indulserat; quòd interim aut scripturum putabat Regem, an ratas haberet leges, aut quoquo modo factiosorum vecordiam repressurum.

Hinc de ipsâ coniuratione in circulis, & cœtibus plurimus sermo. tristis, aut lætus, prout cuique fides, aut ingenium erat. Fuere qui ad portentum, ominque referrent, quòd Coniuratos in curiam prodeuntes claudus duxerit. Alij initia, causásque Gallici motus expendentes, præsentibus rebus conferebant. Edicta, & quæstiones sub Carolo Imperatore, ac Philippo eius filio, iuxtà ac sub Francisco, atque Henrico Galliæ regibus exitiosas multis; in quorum

corpus, bonáq;, ignis & hasta sæuierat. Neutiquam tamen fregisse flagitium, quod intra paucorum conscientiam nihilominùs cohibuere. Nec vt impares radicem exscindere: sed mutuis cladibus intenti, subtraxerant curam legibus, inter arma inualidis; quibus etiam temporibus, vtpote turbulentis, fœda omnia adfluxerant. Nulla tamen adhuc formido ex sectarijs. Donec inde excessu Henrici; hinc Philippo in Hispaniam abstracto, inter Optimates vtrobique superueniret ambitio, vetus aulæ malum. Ambitionem Procerum inuidia excepit, & factionum atrocitas. Flagrantibus in Galliâ odijs aduersus Cardinalem Lotharingum, in Belgio aduersus Cardinalem Granuellanum. quorum alter sub Catharinâ, & Francisco filio, alter sub Margaretâ Gubernatrice rerum potiebantur, atque omnia poterant. Postquam Cardinalibus vtrobique adempta est potestas, mansere tamen odia partium. multáque sectarijs indulta fuere, fœdâ edictorum inconstantiâ. dum per alterius Regis continuam pueritiam; alteri-

alterius contumacem abſentiam, ſana conſilia exſcindendæ contagionis, tanquam à Cardinalibus profecta, factioſorum inuidiâ eluduntur; hoc ipſum indignantium aliquos eſſe qui vellent corrigere. Ad vltimum aucto morbo, Admirallium, & Brederodium, hunc Gubernatricis, illum Regis ſui genibus aduolutum, & vtrumque fauore Procerum, ſtudiiſque nobilitatis ſubnixum, poſtulaſſe libertatem religionis. Nec in Galliâ priùs quieuiſſe tumultuantium ingenia, turbulentiſſimo ſectæ genio accenſa, quàm ſigna attollerentur in Regem, & in vno regno alium, atque alium populum facerent. Nihil ergo mitius exſpectandum in Belgis, agitatis eodem illo peſtilentiſſimo ſydere. Leni ad omnia Gubernatrice, & incautâ ad imbuendum conſilia, quæ velut non ex arte, fallax quorundam familiaritas inſinuat. Cùm econtra Catharina, grauis regno mater, Italicis artibus cuncta corrumperet.

NICOLAI BVRGVNDJ
HISTORIAE BELGICÆ.
LIBER III.

Anno MDLXV Stylo veteri.

PRINCIPIO anni nihil prius quàm de legibus actum, ingrata res coniuratis, qui generalia Ordinum comitia optauerant, haud dubiè vt leges, quas detrectauerant, accipere, Principi ponerent. Cæterùm Gubernatrix à singulis prouincijs singula suffragia requirebat. Sufficere rata quoquo modo auctoritas Ordinum accederet. Generalia vtique comitia, vt perniciosa dominantibus, aspernaturum esse Regem, & si forte indicerentur, sententiam singulorum prænouerat. Sed nec eadem mens prouincijs, nec rescribendi cura

cura omnibus fuit. Luxenburgenses, & Namurcenses sine scrupulo consentiebant in leges. Artesiæ Ordines id modò cautum volebant, vt pœnâ talionis calumniatores obstringeret. Hannones hoc amplius exegerant, vt publicationi bonorum surrogaretur arbitraria pœna. Obstinati in patriarum consuetudinum reuerentiam, vindicabant pristinos mores, qui confiscationi hactenus locum non fecerant. Flandri ita legibus sunt assensi, si ecclesiasticorum quæstionibus profani non tenerentur. reuocandi domum ius esset. munia Inquisitionis cessarent. coram Pastore, & magistratu fas esset hæresi maledicere. Brabantiæ Ordines Bruxellam euocati, postquam ea quæ de edictis proponerentur accepissent, relaturos se ad populum responderant. Iudicium populi Gubernatrici suspectum erat. primoresq; maximè monere cœpit, *ne tam periculosam rem subijcerent suffragio plebis, ijsdem vitijs contactæ, quæ pararent vlcisci. pro comperto se habere, seditiosissimũ quemq; intercessurũ decreto; quod*

quod frustrari tamen non debeant, nisi patriæ exitiosi esse vellent, ipsam deniq; Maiestatem offendi concuperent. Memoréſque esse debere, cuncta ad populum vocando, auctoritatem primorum resolui. Facilè perſuaſum eſt Ordinibus. Cæterùm hi multitudini imponere non poterant, adimi ſibi priuilegia muſſitanti. ſi Ordines rogarentur, cur plebem excluderent? ſine calculo eius conſenſum Ordinum ſolemnem non eſſe. tertium in ciuitatibus membrum multitudinem conſtituere. Vt nemo adhuc aliquis apertè; ita multi priuatìm Gubernatricem criminabantur. fixiſque palàm ſcedijs conſenſum Ordinum inuidioſè proſcribebant, tanquàm minus legitimum. res ſanè ad accendendas ſeditiones temporibus noſtris & vſitata ſemper, & ſemper vetita, nunquam ſatis punita. Vnde præcipuè indignatio, ſeditioſæque voces, & turbulenta colloquia, in diſcordibus animis, & ob remiſſa legum fræna promiſcuam licentiam vſurpantibus. Cæteræ igitur prouinciæ in recenſendis legibus marcebant.

Neque

Neque interim legatio diutius differri poterat. Montignæus, & Bergensis formulam edicti, simul & supradictarum prouinciarum censuram accipiunt, ac primo quoquo tempore in Hispaniam deferre iubentur. In mandatis insuper hæc habebant. De Inquisitione, & edictis sententiam promere festinaret Rex Philippus. Concilium Status reuocaret in eum modum, quem præteritâ legatione Egmondanus proposuerat. Præteritarum rerum obliuionem concederet, & hoc pacto diffidentiæ occurreret, quæ aliâ ratione ablui non posset ex animis fœderatorum, peccasse timentium.

Inter quæ ab episcopo Leodiensi superueniunt legati, ademptum sibi territorium repetentes. Diu erat, quod hoc ipsum apud summum Pontificem contenderat frequentibus libellis. In comitijs quoquè Augustanis multa nequicquam questus fuerat. Tunc verò, cum hìc omnia nutarent discordijs, facilior spes promittebatur. Et ne non tempore vteretur, iurisdictionem in Campiniâ

exercere vi cœpit, intempestiuísque tribunalibus religioni illudere. Eâ tempestate episcopatum Siluæducensem obtinebat Zonnius, de quo ante habita mentio est. In hunc sibi resistentem ecclesiasticis censuris intemperanter Leodiensis inuehitur, minacésque libellos portis ciuitatis, templorúmque affigit, vt in omnium oculis proscriptus Sonnius excuteretur è cathedrâ. Iusta-ne ira Leodiensem impulerit longum esset inquirere. Non habuit sanè rationem temporum. Alienam dignitatem proscribendo, séque pariter, & authoritatem suam destruebat, intempestiuis discordijs.

Exinde ciuitates Culenburgio obnoxias, studia nouitatis apertâ professione induisse nunciatur Gubernatrici. Super hæc Egmondanus, & Rassegemius maiore terrore solicitudinem eius perculerant. Gallos dissimulato habitu misceri passim Belgis, munitissimáque oppida ignotos lustrare. Nec ex ficto omnia erant. Nam etsi è Galliâ

quie-

quieta cuncta adferrentur, suspecta tamen erat gentilis leuitas. pauentibúsque solicitudo subiecerat, nihil nefas esse regibus. omnem rationem augendi regnum, honestam. nulli tantas opes, vt cupiditatem expleant. non deesse speciem æquitatis bellum concupiscentibus, maiorum iurgijs nunquam satis fidâ pace sopitis. At non idem consultioribus videbatur, molliora augurantibus de illo Rege, Optimatum factionibus colliso; neque externa arma lacessituro, quæ domi timeat. Satis tamen constabat machinas illas admoueri à magnatibus Gallicis, pari discordiâ Belgas inter se committere molientibus, vt si à Rege suo ipsi premerentur, hìc haberent vnde accerserent auxilium. Gubernatrix interea improuiso territa malo, in diuersas cogitationes abripitur. Neque enim à domesticis turbis secura erat. Præsidiarij propriâ indigentiâ, & super hæc, eiusdem anni caritate annonæ pressi, passim destituebant vexilla. alij in monasteria, villásque petulanti licentiâ

ferebantur. ibi quisquè pro libidine sumebat hospitium. Hinc ergo metus, ne militares animi desperatione accensi, apertâ consensione ad coniuratos deficerent. Quippe coniurati, non satis bonâ fide pacati abcesserant. Manebat plerosque conscientia sceleris. & quasi aliorum scelere absoluerentur, multitudinem prouocare adorsi sunt ad libertatem religionis, vt reipublicę libello consulisse crederentur, & per confusionem Status, ea quæ volebant exprimerent.

Itaque iam Ministri, iam fœda cuncta, tanquam in sentinam in prouincias confluebant. Boni malis, dubij integris permixti, inuicèm corrumpebant, corrumpebantúrque. seditiosissimi quíque supercilium attollere; mox crescente licentiâ, nouarum rerum studia proferre; adeóque procaciter, vt quidam Aldenardæ sacrificanti sacerdoti hostiam subtraxerit. Ille quidem atrocitatem audaciæ flammis expiauit. Sed ad eum modum cætera corrigi non poterant. Prætori Flandriæ nocturnis cœtibus comprimendis, octoginta satellites statuuntur. Parem numerum

merum Brabantiæ prætor conſcripſit. & quaſi paruus hic numerus eſſet, ducenti equites vtrique adduntur. Impar adhuc manus vecordiæ multitudinis, quæ armorum præſidio concionandi iura ſibi aſſerebat, contumaciam ſuam prætorum viribus conferens. In ciuitatibus, vt multi boni, integríque, ita dubij, metuentéſque, quiſnam exitus foret, contrarias partes fouiſſe noluerant. Egentiſſimus quiſque ex plebe coniuratis adhærebat, ſi forte caſus daretur, ad ſpolium accurſurus. Sparſáque in agris nobilitas, vbi pro Inquiſitione, & edictis ſtare crederetur, ædes ſuas exponebat iniuriæ. Sic ergo, vbi nihil vſquam ſincerum, aut tutum, frequentari liberè conuenticula cœpere. Inquiſitionem & edicta vſus reiecerat, non tam volente Gubernatrice, quàm quòd crederetur voluiſſe. Supremis prouinciarum concilijs, atquè rectoribus in eam ſententiam ſcripſerat; *Dari operam volo, vt Inquiſitores, iudicéſque prudentius ſe, modeſtiúſque gerant, nec querelæ cuiquam locum faciant.*

Si quos seditionis, aut scandali crimine iudicetis contactos, causam eorum ad me remittite. Hæc sectarij haut aliter accipiebant, quàm si legum fræna resoluisset. Quædam Procurator Generalis Flandriæ, quædam Audenburgenses conuenticula dissipauere, & trecentorum aureorum præmio exculti sunt. Sed ad plectendum vires deerant. auctoritate Gubernatricis in risum versâ. quæ inter contumaces, metúque solutos, omné decus maiestatis amiserat. Ne tamen ipsa conniuere videretur flagitijs, atroci edcto in conciones detonuit. Ministris, receptatoribúsq; mortẽ indixit. inermes auditores arbitrariâ pœnâ: armatos autẽ exilio plecti iussit. Ministrum comprehendentibus trecentorũ aureorum mercedem constituit. Sed, nunquam magis patuit quàm sit vanum sine viribus imperium. Miserabilis reipublicæ, miserabilior facies. Vrbes, pagos, tantúmq; non totas prouincias sectarij insederant. Nouísque legibus nihil ampliùs profectum, quàm vt constaret impares eas esse flagitijs.

Duæ

Duæ ſententiæ Gubernatricem diſtinebant. Alij conſcribendum cenſebant exercitum. Temperandum pluribus videbatur. Nam ſi moderatio legum maturè ſuccederet, cuncta ad pacem ſponte reditura. Igitur legati ſtimulantur ad iter. Sed fortuna in omnibus maligna remoram iniecit. Bergenſis in areâ curiæ inter ludentes obambulans, palmulæ ictu in crure percuſſus eſt. Quorumdam ſuperſtitio hoc ipſum in deterius omen accepit. Ille interim nihil deterritus, vulnere tamen retardabatur. Et Montignæus vt ſine comite præcederet, exorari vix poterat. Interim Prætori Flandriæ trecenti quinquaginta pedites rursùs adiecti. In quatuor agmina diuidere copias, atque in diuerſa iubetur contendere. Sed nullum iam præſidium ſat firmum videbatur aduersùs furentem multitudinem. Pleriſque etiam fortunam tentantibus, haut proſperè ceſſerat. Ergo vndique atroces nuncij; Zeelandos, Aldenardenſes, Valencenenſes, Tornacenſes, & Antverpiēſes illicitis cœtibus amplius reſiſtere

non

non posse. Gubernatrix tot simul malis confusa, adhibitis in consilium Proceribus rursus quærebat, an efferatæ audaciæ opponeret armatos. Auriacus, Hornanus, & qui præterea eiusdem factionis erant, nihildum mouendum censebant. nisi amaret classicum dare, ad cuius strepitum insani, vrbes, pagos, & monasteria diriperent, atquè inde deficerent ad Gallos; accersitísque in prouincias peregrinis exercitibus, excidio patriæ efficerent, quod viribus suis nequirent consequi. Roganti, quid igitur facto opus? vox eorum fuit, postulatis legatorum assentiretur Rex Philippus, exarmaturos ipsos protenùs licentiam populi, pacémque reddituros prouinciis. cæteroqui pro Inquisitione, & edictis arma non sumpturos. Viglius facilè quid vellent intellexit. stimulísque iræ sensim concedens; *Videre se*, dixit, *scienter, volentérque rempublicam destitui. quid enim de Inquisitione, & edictis tantoperè ipsi solicitarentur? permitterent hoc Regi, & suum quisque impleret officium. Vellent*

lentne ergo Principi dare leges? vel per immodestiam extorquere, vt vel inuitus concedat in eorum libidinem? Meminisse debere, totam hanc tragœdiam, ab intempestiuâ principalium litterarum publicatione initium, causámque ducere. cuius rei Proceres reluctantibus sibi auctores fuerint. Si gladio asseri serenitas possit, vterentur occasione. Reddendam sibi rationem prætermissi officij, ni præcipitata consilia maturè corrigerent. quod in illorum esse potestate, etiam ex propriâ confessione se accipere. Quos enim iustius arma oppositur os, quàm qui prouincijs præpositi, mandatum Gubernatricis acciperent? Multa quæ pertimescerent in melius cessura. Populum mobili impetu ferri. Terrorem circumfusi exercitus statim tela excussurũ è manibus. Seditionis principia formidolosiora esse, quàm remedia. Gallorum auxilia nullos iactantius spondere, quàm quorum interesset ea venire. Quis autem promittet non aliquandò deinde successura, ad turbandum statum, quaquâ ratione composi-

tum; si Belgas contra ignauos aspexerint? Arma armis retunderent. Leuia adhuc esse, & vana fortasse indicia, quæ de Gallorum machinis spargerentur. Nec se præterea quidquam de apparatu audiuisse. An Inquisitionem, & edicta extremum putarent, quod postulaturi essent sectarij? Nihil minus quieturum populum sibi relictum; priusquam libertatem religionis adeptus fuerit. ad quem scopum duntaxat collinearet tanta licentia. His auditis Proceres peius accensi sunt. Non temperauit iræ Hornanus, cuius satis potens non erat. Flagrantíque eum intuens vultu; *Nos ergo*, inquit, *Vigli tibi videmur, qui irati populi insaniam in tumultus auertimus? quid istæc sibi vult oratio? Litteras Regias publicari suasimus; quia princeps iusserat. Mandatis eius morem gerere officij nostri fuit, cuius tu tam intemperanter rationem exigis. Si non paruissemus, tunc meritò sceleris nos arguere poteras. nunc quia paruimus, cur nobis inuidiam facis? Quare eàdem operâ non culpas Regem, quòd litteras miserit? ille,*

Ille, si dicere licet; huius culpæ auctor fuit. Si intelligere vellet; multum nobis deberet. Ex eo enim scire inciperet, quàm stolidè Hispanorum consilijs totus adhæreat. Hæc tibi gens Vigli, ante omnes culpanda fuerat. Nemo alius litteras composuit. Ego totam culpam transfero in illos homines, qui haut aliter Belgis, quàm Mediolanensibus, Siculisq;, & Neapolitanis dominari præsumunt, Satis video, quòd vestrorum ingratijs hìc sumus. Vt nempe Granuellanistæ securè occupetis rempublicam, & Hispanis poßidendam per manus tradatis. Plura dicturus erat, & fortasse atrociora præteritis. Sed ex omni parte oriebatur fremitus, ardentibus Procerum animis, passímque Viglium contumelijs, & inuidiâ onerantibus. Nihil ergo in commune consulebatur. cùm Gubernatrix ad tot clamores perplexa, curiâ excessit, senatum dimittens, mollíque sermone adhortans ad concordiam.

Dicant alij quidquid volent, mihi semper tumultuum horum causa fuisse

videtur, ambitio, & inuidia Procerum, per
tot trophæa pro nobilitate ſuâ magnos ſpi-
ritus gerentium. Primo quidem Granuella-
num prouincijs extruſere, tanquam princi-
palibus illudentem curis, Proceréſque cal-
cantem recenti potentiâ. Cuius abceſſu gu-
bernaculi viribus ad illos tranſlatis; cùm
nec Rex in omnibus libidini eorum morem
gereret, & hi econtra deterreri illum potiſſi-
mùm arbitrarentur Hiſpanorum conſilio:
hoc ipſum maximè indignabantur, aliquos
eſſe, qui poſſent contradicere. Hinc ad
omnia principi diſcordes, irati, & contuma-
ces: atque vt optimum videretur conſilium
quod attuliſſent ipſi; durabant in exitium
reipublicæ; & hanc perire malebant, quàm
mutare ſententiam. Mehercule verò, nihil
ego populari inuidiæ non attribuo. Nouis
tamen epiſcopatibus, & Inquiſitioni, & edi-
ctis, quibus tum maximè iraſcebantur, cun-
cta non imputo. Altiores cauſæ ſtimulabant
Proceres in facinus. Furor, & ambitus cæ-
cos obſederat. De cætero Inquiſitionis, edi-
cto-

ctorúmque laruas palam aſſumpſerant, vt ſub honeſto titulo litarent inuidiæ ſuæ, & publicæ vtilitatis ſpeciem æmulationi præferrent. Quis non videt, repentem tumultuantium inſaniam potuiſſe comprimi ferro, ſi extitiſſet qui gladium educeret? Nullo poſteà negotio ſectarij conceſſere victoriam. Vnius ciuitatis deditione ceruices ſubdidere. Proceribus itaque non conſtabat fides. Hæc eſt cauſa ſequentium malorum. & vt propius radicem attingam, profunda pax luxuriam pepererat. quam ſuperbia, contemptúſque numinis excepit. Hæc inquam vitia perdidere rempublicam. & ſuper omnia diuina prouidentia; quæ vbi ſcelera noſtra vlciſci, fortunámque mutare conſtituit, prudentiam adimit, ac conſilia corrumpit.

Cæterùm nihil eorum quæ in Belgio agitarentur Rex ignorabat ſed in aduentum legatorum remedium diſtulerat. Cunctabundus ingenio, & ſemper exequi differens conſilium, quod tardè ſumpſerat. cùm interim vbi principijs non occurreret, plublica mala

progrederentur in peius, & tunc post res consilia adferrentur.

Regionem omnem tres distraxerant sectæ. In Flandriâ, proximísque Galliæ Caluinistæ præcellebant. vicina Germanis inuaserant Lutherani. Hollandiam, & Zeelandiam Anababtistæ. Vniuersæ fæces Antverpiam insederant. Inter Flandros verò, finitimósque Gallis, Aldenardenses, Poperingenses, Tornacenses, & Valencenenses eminebant. Reliquæ ciuitates, quamuis & ipsæ superstitionibus contactæ: tamen consensu bonorum superabantur. In his verò malorum numerus excreuerat.

Aldenarda popularibus ingenijs vrbs est procax. Theatralis licentia sacræ scripturæ lectionem ciuibus promiscuè indulserat. Quibus se opinionum nouitas haut ægrè insinuauit; naturâ suâ blanda, & pellax animorum nullo litterarum studio mitigatorum. Totam mox plebem, positásq; circum gentes, velut incendium quoddam ea pestis corripuit. Torpentibus per iniquitatem temporum legibus, & Ministris ad imponendum acribus, per spe-

cies virtutibus ſimiles. Hactenus profeſſionem ſuam tenebris abſconderant. Vbi verò coniuratorum factio domuiſſe crederetur ſceleris vltionem: audacia modeſtiæ impatiens, pedetentim erigere ſuperciliũ cœpit. Donec ad vltimum cal. Iul. in apertum prorumperet.

Iter eſt ad Gandauum, in vicum Rodium ducens. Haut procul portâ in patentiſſimam planitiem extenditur. Huc Ioannes Wingene, turbulenti vir ingenij à coniuratis inflammatus, infandam multitudinem Rotnaco, Aldenardâque deduxerat. Habebat in comitatu Miniſtrum, Hermañum Strickerium, haut abſurdum corporis habitu, ingenio vanum, & tumidum, vultu arroganti, facundiâ præcipuum, auræque popularis captatorem; dignum planè qui non degeneraret à maiorum cæremonijs, niſi egregias naturæ dotes turbidiſſimis moribus corrupiſſet, vt poſteà dicemus. Fuit hic Swollæ in Tranſiſlania genitus, parentibus vltimæ ſortis. Indè autem legibus pulſus, famam quam per modeſtiam profeſſionis (fuit enim monachus) conſequi non poterat, ſacrorum noui-

Sectarij palam concionari incipiunt.

nouitatibus Aldenardæ ſolicitare cœpit. Primúſque omnium ad publicas conciones multitudinem prouocauit. Inſolita res erat. Ruebátque ex proximis ciuitatibus, atquè vicis, & vndique populus, cognoſcendi auidus, & tum maximè, quia prohibebatur. Nec ſolùm quibus corrupta fides erat; ſed pleroſque etiam innoxios curioſitas attraxerat. Numerum referre vix auſim. Septem millia interfuiſſe traduntur. Sed in tàm confusâ multitudine, iuſtum calculum iniri non potuiſſe crediderim potius, quàm temerè aſſeuerauerim. Iudicium ſcriptorum ſequor, quando aliter de veritate non conſtat. Ergo omnes ad ſermonem erexerant aures. Quidquid ferè ſpatij ſeptis claudebatur, multitudo impleuerat. Cornelius Croëſenius Gentbruggenſis prætor non dubitauit, quin primo impetu concio proteri poſſet. Itaque rem auſus ingentem, contemptim in eos concitat equum, alterâ manu ſtrictum tenens gladium, alterâ ſclopo armatus. Per cuneos populi receptus, ad comprehenden-
dum

dum Miniſtrum deferebatur. Sed hic tumultu audito in proximam ſe proripuerat ſiluam. ſatis gnarus vnum ſe potiſſimùm peti. Multitudini ferè arma deerant, & ſtatim furor inuenit. Denſo ſaxorum nimbo aërem, condidit. Croëſenium eminùs, cominùs petebant tot iactus. & ille ad omnes ictus expoſitus, plura iam vulnera capite exceperat. Cum non furibundus vt ante; ſed ſupplex, ac fugam circumſpectans, proiecit arma, & præſenti morti non perfunctoriè caſtigatus, ſe ſubtraxit. Hinc ſectarijs fiducia creuit. & quia auſpicia proſperè ceſſerant, alacriori animo x. calend. Auguſt. ſolemnia repetunt. Ingens compitum, ſiue paſcuum erat. haut procul Gandauo Perſellina expoſitum portâ. Aloſtum S. Petri vulgo dicitur. Ibi vehiculis inter ſe iunctis, caſtrorum ſpeciem fecerant. Aditus omnes, vigiles inſederant. alij haſtam, alij ſecurim, multi ſclopum habebant. In principijs ſtabant bibliopolæ, illicitos libellos accepto pretio diſtribuentes intrantibus. Diſpoſiti per viam, qui

ignaros deducerent. & vt quemque casus obtulerat, inuitabant ad sacrum. Sublimem in medio compiti excitauerant suggestum, subitarijs asseribus instar scenæ currui impositis. In hunc sublatus Minister Hermannus, quæ ad superstitionem pertinerent elatâ voce docebat. Ingens agmen stipauerat latera. Quos nullo iam metu sua quemque libido attraxerat. Concione peractâ, virorum fæminarúmque cantus oritur, suo more identidem carmen sonantium. Post quæ pelui aquam inferunt, quam è proximo hauserant flumine, & oblatum infantem, non ritibus, non cæremonijs maiorum adhibitis; sed vt erat in profanâ veste Minister babtizat. Magna pars ciuium Gandauensium excesserat portis. quos fere omnes posteà Albanus conquisitos, aut morte aut exilio mulctauit. Biduū ibi superstitionibus datum. Inde verò Deinsam mouere, tertio fere lapide recedentem à compito. Post Eeckloam, & in Brugarum confinia; hinc aliò, atque aliò transeuntes, totam Flandriam orientalē concionabundi peragrabantur.

Ijsdem

Iiſdem diebus Magiſter Petrus Dathenus Poperingenſes in regione Flandriæ occidentali maiori furore compleuerat. Fuerat ille eiuſdem ciuitatis quondam monachus. Reiectóque cucullo defecerat ad Palatinum: quò ferè eâ tempeſtate perfugere conſueuerant delira ingenia, & fœda omnia. Mox factionum atrocitate tranquillitatem prouinciarum libante, Poperingam redijt, & inter ſectarios principatum facilè obtinuit, facundiâ pollens, quam longo vſu exercuerat. Quindecim millia ad concionem pertraxit, quam tunc primùm publicè erat habiturus. Quantò maior multitudo, tantò violentior. Nec enim pari quàm Aldenardenſes modeſtiâ, nouitatem ſuam licentiæ conſecrauit. Duo Anabaptiſtæ Armentarij tenebantur in vinculis, quorum ſupplicium idoneis temporibus reſeruabatur. Protenùs ergò ſectarij magiſtratui denunciari iubent, reſolueret captiuos; & ſi differret, armis ſe repetituros. Nec ſegniùs quàm minati

fuerant, fecerunt. Nemo venientes prohibere sustinuit, audaciâ multitudinis in metum crescente. Fractæ sunt carceris fores. captiui ex custodiâ educti, patratóque facinore dimissi domum sectarij, paullisper quieuere.

Valencenenses vetus malũ stupore morientium legum licentius aluerant. Primores ciuitatis externus timor maximè intentos habebat. Cæterùm concionandi libidini pares esse non poterant. Viam licentiæ Coniurati aperuerant. Accedebat & metus, ne si intempestiuis quæstionibus asperaretur populus, desperatione adactus ad Gallos respiceret. Hinc sectarij ad insaniora progressi sunt. Promiscuam religionis libertatem, oblato magistratibus libello superbè flagitare cœpere. Anxij Primores tantis malis, Gubernatricem extemplò certiorem faciunt, quid de his fieri vellet. Illa quidem attonita, nihil ampliùs quàm leges exerceri iussit. Vanum prorsus sine viribus solatium. Potentior legibus vis erat. Sine metu seditionis supplicia exerceri non poterant. Igitur cùm in tantâ licentiâ

intutum videretur iram multitudinis quæstionibus prouocare: sectarij quod nequierant precibus, per vim occupare constituunt. A Coniuratis denique secretò adhortabantur. Nec cessabant Ministri fatigare clamoribus; *Macte animo, iam tempus appetere, quo euangelium proferrent in publicum. Quid vltrà suppliciorum metu retinerentur? Vanam esse iram magistratuum, in consensu multitudinis. Inania dignitatum nomina ne pauescerent, quarum tota potestas consisteret in obedientiâ parentium. Increpare fœderatos illorum ignauiam. Vires suas periclitaturis promittere. Flandros nuper eadem ausos; & impunè cessisse. Turpe sibi esse, quòd à reliquis nationibus ardore vincerentur. Antverpienses, & Tornacenses idem velle: sed initium erumpendi circumspicere.* Non erat opus tantâ facundiâ. Is habitus animorum fuit, vt facinus omnes vellent, nemo tamen auderet incipere. Mittunt igitur ad Antverpienses & Tornacenses, qui communicarent consilia. Quippe tres hæ ciuitates communi

fere consensu regebantur. Plebs vtrobique ab Optimatibus dissentiebat. Primores obsequium fidémque colebant. Multitudo fere nouitatibus accesserat.

Sectarios Tornacenses continenter agitabat Ambrosius Willius, homo Gallus, & delatâ sibi Ministerij prærogatiuâ ferox. Senatus enim quosdam sectariorum in custodiâ retinebat. Ad eos vi armísque eximendos non semel Willius multitudinis aures incassùm verberauerat. Sed cùm clamore & questu nihil proficeret, conscripsit tabellas in hanc summam: *Captiuos extemplò dimitterent, ac desinerent terrere edictis, quos scirent armatâ manu vltionem petituros.* Hos ille codicillos proiecit in concionem, plenúsque irarum ad senatum protenus deferri iussit. Audax proteruia Primores exterruit. Ac nemini dubium erat, quin grauioris sceleris fiduciam præferret. Itaque præcipuos plebis in curiam vocatos, hortantur ad tuendam armis rempublicam. Milites præterea quinqua-

ginta

ginta paullò ante conſcripſerant publico ære mereturos. Eos quoque ad ſignum intentos eſſe iubent. Sed nec hi perſuaderi poterant, vt in parentes & propinquos arma ſtringerent. & plurima plebs nouitatibus gaudebat. Optimates igitur altiora metuentes, intempeſtâ nocte captiuos in arcem traducunt. Præerat arci Ioannes Caſteletus Molbaiſij Dominus, fiduciariâ præfecturâ Montignæo ſuffectus, fidus Gubernatrici, nec religione deterior. Senatus ei militem omnem ad cuſtodiam arcis attribuit. Galli erant qui potiſſimùm timebantur. Nam proditioni arcis imminere incertus rumor attulerat. Willium denique ſæpe palam iactaſſe conſtabat, religionem ſuam in anxio ſemper fore, niſi gubernacula reipublicæ à patribus transferrent ad populum; traditurum deinde Gallis ciuitatis imperium. Sed ne vrbs ſine cuſtodiâ relinqueretur, Senatus à Gubernatrice præſidium militare petere conſtituit. Huic mox decreto ira multitudi-

nis

nis ſe oppoſuit. Nicolaus Taffinus vir plebeius, opibus potens, iuxta factioſus, plebis animos ad ſeditionem erexerat. Magnâ verborum contentione certatum eſt inter patres & plebem. Miſeria enim temporis, etiam humillimis in magiſtratus licentiam fecerat. Dicebant patres, decretum reuocari non poſſe, niſi ab externis hoſtibus, ſeditionibus, & concionibus tutam vellent præſtare vrbem, & in hoc idonei fideiuſſores traderentur. Sectarij econtra publicum ſibi templum in ciuitate dari petebant. Eoque negato, Valencenenſibus iunguntur, & in publicas conciones prorumpere conſtituunt.

Vtriſque populis dicta eſt dies. VIII. id. Iul. in ſuburbijs ſuæ quiſque ciuitatis ſolemniorum auſpicia incipere ſtatuit. Deſtinatâ luce appetente, non ex ciuitatibus modò, ſed ex vicis, pagíſque, omnis generis mortales accurrebant ad ſacrum. Viri armati ibant, fœminæ paruos trahebant liberos Non alias vnquam maior turba in vnum confluxerat. Circiter quinque millia Valencenis numera-

ta ſunt. Ampliorem paullò numerum Tornacenſes expleuerant. Hìc quoque turbidus ille Willius inſanè furebat; armis ſe perſecuturum iniuriam vociferans, ſi Inſulenſes non abſtinerent à probris, ciuibúſque conſcientiâ ſibi obſtictis, infeſti eſſe non deſinerent.

Siquidem Inſulenſes nouitatibus vtplurimùm aduerſi, quoſcumque ex agrarijs concionibus redire conſpexerant, petulantibus verberabant contumelijs, & in publico ludibrio habebant. Non aliam magis vrbem, procellis temporum expoſitam, reuerentia Maieſtatis in fide continuit. Adiuuantibus rectorum ingenijs, pro maiorum pietate conſtantibus. cum econtra Montignæus, & Bergenſis nimiâ diſſimulatione, Valencenenſibus, atque Tornacenſibus plus æquo indulſiſſent. Ad primum ſectariorum motum Gilbertus D'Oignij Tornacenſis epiſcopus, huc ſe recepit. Quò pridem ea quæ ad ſacra pertinerent, captatis temporibus conuexerat. Fidiſſimi ciuium in præſidio erant, à magi-

ſtratibus nuper in ſacramentum accepti; quibus pręerat Giſlenus Hayninus Brencij dominus. Maximilianus Vilainius Raſſegemij dominus, arcem inſedebat, non contemnendo præſidio. Quippe mortuo Courririj domino, fiduciariã Inſulenſium præfecturã acceperat. in paucis Gubernatrici charus, & qui per hæc bella incorruptam ſemper fidem Regi ſeruauit. Comes Reuſius cum Ordinariorum equitum turmâ in proximis excubabat vicis, laturus opem periclitantibus. Namque Gubernatrix peruagante iam prouincias incendio, Arſchotanum, & Reuſium, ſimul comitem Boſſuium, atque Barlaimontium, Ordinarias, quibus præerant turmas, adornare iuſſerat. Horum fides minimè timebatur. Cum turbulentis conſilia non miſcuerant. In hoc quidem turbine, multi Inſulenſium nouitatibus capiebantur. Nemo tamen ciuitatis conſpectum concionibus fœdare ſuſtinuit. Numinibus operaturi plerumque ſecedebant in Saillium pagum, primo lapide diſtantem ab oppido. Ingentem ſecum habebant

babant

bebant agricolarum manum, & ipſam quidem armatam; ſed vecordiâ ferociorem. Pro fide ſe morituros, ſacramentum inuicem dederant. Cognitâque peruicaciâ nemo eos laceſſere ſuſtinuit. Sciebat quippe Raſſegemius in eo ſtare victoriam, ſi tutam à flagitijs præſtaret vrbem, quando aliter inſaniæ occurri non poterat.

Antverpia non ſolùm Belgicarum vrbium domina; ſed cum præcipuis orbis terrarum ciuitatibus certare auſa, eâ certè tempeſtate commercijs parem non nouerat. Commune Chriſtianorum emporium Mercurius fecerat. In ripâ Scaldis poſita, procumbit in planitie; ſed in longum porrecta, non recedit à flumine laborante ſuas vndas miſcere Oceano. Nihil ergo portu commodius, neq; enim ita recedit à mari, vt continuo velo benignitatem eius totam non admittat: neq; ita proximus, vt refluentis æſtus fœtorem percipiat. Plurimum naturæ debet; non minora tamen induſtriæ, omnium quæ in Belgio ſunt ciuitatum, quæſito decore

pulcherrima. Altitudo ædificiorum, & ornamenta, prioris sæculi simplicitatem proscribunt. Nunc ciuilibus desolata bellis, sibique longè dissimilis, spirat adhuc tamen ad æmularum inuidiam, & priscam magnitudinem in reliquijs ostentat. documento futura, magnas vrbes, & vasta imperia, mortalia esse, & suo quæque tempore nasci, florere, senescere, ac tandem occidere. Haut adeò nuper Brugæ, Flandrorum ciuitas, de culmine tantæ felicitatis exciderat. Cuius occasu Antverpia creuit. Sed de causis eius mihi pauca dicere est animus. Brugarum enim magnitudinem nemo meminisset, nisi historiæ ostenderent caduca vestigia. Diu est, quòd hæc vrbs cum fortunâ luctatur. Sed magnæ ciuitates difficilè resurgunt, cùm semel de fastigio deciderint. fatiscentibus per senectutem legibus, sensimque degenerantibus à suo principio: potentiam deinde ad interitum trahentibus, non ijsdem amplius fundamentis subnixam. Priscis temporibus vige-

bant

bant in Flandriâ bonæ artes, nullíque ad eam rem acriores habebantur: iuuantibus potissimùm legibus, ignauiæ infestis, otiúmque seuerissimè mulctantibus. Cottidiano quæstu ciues alebantur. Sed ne secordiæ amore de industriâ aliquid remitterent; annuámque prædiorum pensionem otiosi exspectare, quàm suis laboribus viuere mallent; vulgo fas non erat extrà pomœria fundos acquirere. Iuri quoque ciuitatis renuntiare nemo poterat, nisi decimam facultatum suarum partem reipublicæ relinqueret. Adhæc diligentissimè cautum erat, vt defunctorum facultates pro æquali portione ad hæredes transirent. Quibus maximè rebus effectum est, vt liberi paternis artibus instituti, ad industriam, virtutis fœcundissimam matrem, acuerentur. Hinc artificum vis ingens, & frugalis opulentia, nullo luxu, aut mollitie fracta. Lanaria, linteariáque opificia vtplurimùm colebant. easdémque merces toto spargebant orbe, ad vsum mortalium, hoc tunc cultu maximè gaudentium.

Orientem, occidentem & quidquid terrarum mari, quidquid insularum, vrbiúmq; oceano alluitur, classibus lustrabant. Namque antehac Hollandi, & Zeelandi ciuilibus discordijs dediti, vrbes tantum suas, portúsq; nouerant. Longinqua maria dissitásque Oceano regiones, magis auribus, quàm experimento perceperant. Gloriam naualem Flandris concedebant: appellentibus ad eos Italis, Hispanis, Anglis, Germanis & quantum regionum pelago prætenditur. His disciplinis populus ille surrexit in summa. Donec mutatis per diuersissimas leges animorum affectibus; sensim fortuna se remitteret. Accessit deinde pestilens sydus ciuilium armorum, magnis imperijs præsentissima pernicies. Res tamen Brugensium Maximilianus princeps ante omnes maximè afflixit. Mortuâ enim vxore Mariâ, ille se auelli non sustinebat à filio in fortunam principatus genito; quem Gandauenses tenebant in potestate, Ordinibus Flandriæ tutelam eius ad se trahentibus. Et hinc princeps populo discors, crebríſ-

briſque expeditionibus non ſatis domito pacem dedit. Cuius fiduciâ Brugis exiſtens, captiuus à ſuis efficitur. Nec multò poſt dimiſſus, atque indignitate accenſus, ad vltionem maieſtatis ſurrexit, multarum prouinciarum accurſu, & viribus. Pater quoque Fredericus Imperator ad auxilium venit, Qui vt faciliùs rebellium contumaciam frangeret; Teutonicis ciuitatibus Flandrorum commercio interdixit. Et hoc eſt, quòd fatiſcentem iam Brugenſium fortunam ad interitum traxit. Nam portu Sluſano à Cliuienſi inſeſſo, obſtructóque ne qua nauis poſſet appellere; vexatus crebris motibus mercator Antverpiam diuertit. Fluminíſque opportunitate non indelectatus, neſcio quo faſtidio etiam in pace Brugarum portum deſtituit, ægrè iam tranſmittentem grauiora nauigia. Quibus Rebus Antverpia diuitijs creuit, vrbis genium in eam magnitudinem efferentibus, quam vt hodiè intelligamus, ab Amſterdamo exigere debemus. Illuc enim fortunam Mercurius tranſtulit. Cuius quoque vices, ex fatorum diſpendio, aliæ, atque

que

que aliæ vrbes, haut immeritò exspectant. Talis tamen pridèm Antverpia fuit In quâ nihil procliuius erat quàm religionem corrumpi, per affluentiam populorum, nouitatem omnem inferentium. Flagitium vigentibus legibus non satis supplantatum, ijs sepultis coërceri non poterat. Sectarij studia sua diutius non premebant. Suprà imperij reuerentiam excreuerant, cottidiano scelere audaciores. Quàm inultè magistratus contemni posset, experti fuerant. Cuius auctoritatem adeò despexerant, vt nefarium obtruderent libellum, in quo Reformatæ religionis titulum sibi adscripserant. Petebant autem templum ad sacra: vel si id minùs placeret, vt extrà vrbem saltem facientibus sibi satellites ad custodiam statuerentur. Ferrum alioqui & extrema experturos, cum ciuium pernicie. Preces erant; sed quibus nemo audebat contradicere. Magistratus, sumpto deliberandi spatio, fortunas vrbis apud Gubernatricem deflere cœpit, nullum alium vecordiæ finem fore dictitans, quàm si vel ipsa

ipſa ad eos deſcenderet, habitura ibi domicilium, vel Procerum aliquem cum imperio tranſmitteret. Illa quidem tot curis obruta, & quid faceret incerta, eos cum quibus conſulere ſolita erat in conſilium adhibuit. Hi certatim tranſitionem diſſuadebant. Indignum facturam, ſi peteret ciuitatem, in quâ non leges, non imperium valerent: vbi non auditura modò, ſed & viſura eſſet abominanda flagitia. caput denique ſuum furentibus non credituram ſine notâ ſtultitiæ. Secundùm hæc, magiſtratui renuntiari iuſſit; ſine militari præſidio venire ſe non poſſe. Hoc ſi præſto foret intranti, protenus adfuturam.

Interim Brederodius Antverpiam appulit. Cuius interuentu accenſa improbitas, modum exceſſit. Nihílque iàm diſſimulatâ audaciâ VIII. cal. Iulias in concionem prorupit; quam Burgerhauti, in campo Lario, haut procul mœnibus, Miniſtri indixerant. Eandem diem Tornacenſes, Valencenenſéſque pari inſaniâ feralem fecerant.

prorſus ne quis dubitaret ex compoſito egiſſe. Permixtæ viris fœminæ ad ſexdecim ferè millia exceſſere portis. Armati deducebant Miniſtros, homines infimæ ſortis, nullíſque litterarum ſtudijs imbutos. Alter eorum ſartor, flammearius alter erat. Quibus vix diurno quæſtu famem propulſantibus, rudis facundia, & inepta vanitas, faſtúſque in ſcripturas, prærogatiuam ſacrorum detulerat. Patentia campi iunctis vehiculis inter ſe committebant. Poſt quæ latebant armati, propulſaturi Brabantiæ prætorem, in viciniâ agentem cum militibus, vt incautos exciperet. reliqua multitudo in duos cuneos collecta ſermonibus vacabat, Miniſtris vocem intendentibus vt ab omnibus poſſent audiri. Ab hoc ſacro rediuerunt in vrbem. Perculſis cæterorum ciuium animis, ſpontéque furori cedentibus. Senatus conſilij inops nequicquam reluctabatur. cui præter ſanam plebis mentem nihil deerat. Fortè tum Megemus in vrbe agebat, paucorum dierum moram trahens, ſpeculaturus Brederodij conſilia. Hinc ſuſpicionem

vulgo

vulgo fecit, de inducendis præsidiarijs cum primoribus consultare. Veráne ea fuerint, an incerto rumore conficta parum affirmatur. Magnus certè motus exortus est. Tantóque discrimine nutauit ciuitas, vt mercatorum præcipui atrocius aliquid metuentes, de fugâ cogitarent, résque suas conuasare inciperent; donec senatus edicto intercessit, præsentiam Gubernatricis rursus implorans. Illa tum nihil cunctandum rata, Auriacum Antverpiam destinauit. Vicecomes vrbis erat, nec ingratum ciuibus fore cognouerat. Megemum verò, cum Brederodio mouere inde iussit. Neque moram Megemus fecit. Brederodius ad omnia contumax, sext. Idib. Iul. Auriaco Antverpiam propinquanti quasi per honorem obuiam processit. Ingens quoque multitudo sequebatur. Erecta omnium studia erant ad nouū Gubernatorem. Alij extra portas, alij in muris cōsistebant. Eóq; conspecto qui primi occurrerant, attolluntur in clamorē plaudentibus similem, & inconditâ vociferatione.

Viuant Geusij, ingeminare incipiunt. Eadem vox ab his qui extremi venerant excepta, in auctius reddebatur. Nec minore clamore in vrbe excipitur. Adeo vt modico risu diductus, subinde proximis diceret, viderent ne mox pœnitentiam agerent intempestiuæ lætitiæ. Magistratus eâ vesperâ publicas epulas instruxit. quibus Brederodius quoque adhibitus est. Multùm indignante Gubernatrice, quòd qui Megemum exturbare sustinuerant, solemni conuiuio Brederodium excolerent. Interim Auriacus valetudinem vrbis curare adorsus, deteriorem reddidit. Quippe sectarijs, extra muros suo ritu inermes operari permisit, quoad Generalium Ordinum decretum succederet. Præsidiariorum metum pauentibus ademit, & inordinatam lasciuiam aliquamdiu in pace continuit. Inde ad S. Trudonis fanum Brederodius se recepit.

Coniurati ad Sanctū Trudonem conueniunt.

Vrbem hanc in regione Leodiensium sitam, habendo conuentui Coniurati definierant.

rant. Miſerat paullò ante ad eos epiſtolas Gubernatrix, quibus ad illicita religionis ſtudia reprimenda, ex prolixâ promiſſorum fide admonebantur. Et hoc prætextu concilium ſuorum indixerant. Cæterùm altiores ſuberant cauſæ. Quippe cùm per tot menſes nihil læti ex Hiſpaniâ acciperent, inexcuſabile ſuum crimen, & abominandum regibus exemplum timere cœperant; ſub ſpecie ſilentij ſecuriori ſe vindictæ ſeruari credentes. Sciebant enim quàm multùm peccaſſent. Neque in animum dimittere poterant, præteritarum rerum inſolentiam obliuioni daturum eſſe Regem, vel Generalia inducturum comitia, niſi nouis tumultibus extorquerent inuito. Itaque ad Sanctum-Trudonem non coniuratos modò, ſed & Miniſtros, & ſectariorum præcipuos tempeſtas compulit. Non pauciores duobus equitum millibus conueniſſe traduntur. Quærebant autem, quâ potiſſimùm ratione ſaluti conſulerent ſuæ. denique quid vltra facturi eſſent de libello. quid de ſectarijs promiſcuam religionis libertatem ibidem poſtulantibus. Aliquot

incertam adhuc quò tanta vis erumperet. Gubernatrix animo ægra, & ne in furiosum exitum rebelles spectarent sollicita, suorum præcipuos rogauit, ecquid haberent consilij. Nihil superesse videbatur, quàm vt iratos vtcumque conciliatos, quamprimum resolueret. Protenus igitur Auriacus, & Egmondanus Coniuratis non iniucundi, ad hoc destinantur officium. Mandatum his fuit, si quid rebelles vellent, remissâ domum multitudine, certos delegatos Arschotum mitterent. Nescio quâ causâ Arschotum Coniuratis non placuit. Dufflam tamen (vicus est haut procul Mechliniâ) venturos se constituunt. Quidam volunt ex communi consilio conceptos fuisse libellos ad Imperatorem, vt Belgicæ libertatis patrocinium apud Regem susciperet. De quibus mihi parum constat. Cæterùm XIV. cal. soluto cœtu, Ludouicus Nassouius, Brederodius, & Culenburgius cum nouem alijs coniuratis Dufflam veniunt. Procereres quoque moram non

quod promiſeratis, ne quem tumultum moueretis in populo? vbi ſunt magnifica illa verba, quibus morituros vouebatis vos pro obſequio principis? quibus repreſſuros concionum licentiam pollicebamini? quibus ante pedes meos non recuſaſtis occumbere? Ego nunc fidem à vobis exigo. Quam præſtare non poteſtis, niſi libidinem frenetis popularis vecordiæ. Iam turbas, iam ſeditiones, & exitium reipublicæ ſectarij moliuntur. in quorum ſubſidium externæ etiam gentes, veteréſque Belgarum hoſtes conueniunt. His ſi conniuetis, conſcientiam ſceleris confitemini. Interea rumor publicus omnem in vos inuidiam tansfert, criminique ſubſtituit; turbarum capita, atque auctores demonſtrat. Quid hoc aliud eſt, quàm ad motus ciuiles commodare operam, & contra morem obſequij licentiæ concionum libello conſulere, publicæ tranquillatis laruâ adumbrato? Quæ ſi vera non ſunt, re ipsâ refellite. Ex iracundiâ veſtrâ intelligam, poſtulata illa reipublicæ vtilitatem, obſequiúmque reſpicere.

Percussit coniuratos inuidiosa expostulatio. Prolixâque oratione obiectum crimen diluere adorsi, à Proceribus monentur, defensionem suam scripto committere. Capto deliberandi spatio, sex delecti III. cal. August. Bruxellam veniunt, laturi responsum: Petebántque intromitti ad Gubernatricem. Sed illa præsentiam eorum auersata: quarè, inquit, Auriacum, & Egmondanum non conueniunt? iussítque hoc ipsum renuntiari exspectantibus. Hi se ad Gubernatricem missos dicebant, significantes esse, quod nisi vni illi promere iussi fuissent in fœderatorum concilio. quod postulante Gubernatrice solutum, rursus euocandum foret, si perseueraret ipsos excludere. His relatis, ad memoriam concilij Gubernatrix exhorruit. Proceribúsque aduocatis in curiam, tres ex fœderatorum numero introduci iussit. E quibus vnus, quæ res poscebat locutus, tabellas obtulit in hanc sententiam; *Domina, Gratiam beneuolen-*

uolentiæ tuæ dignam referre non poßumus, quòd legatos in Hispaniam dixeris. Ex his quæ tradentur, facilè confidimus iustitiam causæ nostræ absoluturum Regem. Pro cuius ministerio ne iam quoque sanguinem dubitamus prodigere. Credimus denique ex quo libellus oblatus est, nihil à te nouatum esse. Verumenimuero cùm videamus alios religionis causâ in ius rapi, alios ad supplicia seruari carceribus; persuademus certè nobis, magistratus non geßisse morem tuo imperio. Atenim promissorum fidem à nobis requiris. Quasi in coercendis concionibus non omnem locauerimus industriam? Quod ad nos pertinet, conciones iacent. Iracundia populi cohiberi non potuit. Multa simul queritur. Quòd Rex libello nostro respondere differat. Duos menses datos esse. inter illos nihil succedere. Insolita quoque comitiorum forma, non paucis displicuit. Ecclesiasticorum deinique malignitas proteruâ linguâ terrore cuncta complentium, multos in rabiem

 effe-

efferauit. Hæ causæ illis ingenijs fecere prorumpendi audaciam. Nisi antevertissemus mala ista oblatione libelli, iam diu est, quòd prodendæ conscientiæ consilium inierant. Si externi rebus se immisceant nostris, primi surgemus in vltionem. Ferrum tamen in ciues stringere, non est animus. Sed nec ministerium Regis id ipsum postulat. Gladio premendi non sunt, qui ad ius prouocant, & Generalium Ordinum decretum exspectant. Nisi crudeles esse volumus in communem perniciem. At herculè fama publica reos nos facit. Nemo magis fallitur, quàm qui rumoribus se permisit. Quàm sæpe fama mentitur? Quis ergo plebem concitauit? quis ad concionandum persuasit? quis ad ferociam impulit? Cum res exiret in tumultus, passi sumus lasciuire eos, qui in officio contineri non poterant. Hoc ipsum purgare Celsitudini tuæ parati sumus. Non inficiamur quidem, plerosque fœderatorum ijsdem ritibus imbutos, non auersari promiscuam sacrorum licentiam. Nemo tamen eorum adhuc inuen-

tus est excessisse terminos, officij sui, aut obsequium exuisse ergà Principem. Animi sui vota modestiâ compensant. Quoties plebem precibus aggressi sunt, vt abstraherent à furioso exitu? Abominamur certè tam proteruam licentiam. Proinde si quid habes, quo peruicaciæ obuiam ire potes, edissere Domina, tibi omnem pollicemur operam. Cæterum non adeò peruersam rationem solicitudo nostra instituit, vt diffidere Regi oporteat. Iustitia & benignitas eius meliora spondent. Nam si hìc sit (quod in votis omnium diu fuit) videres cuncta in Ordinem concedere. Perperàm itaque de præteritarum rerum obliuione securos nos esse iubes. Quid enim fecimus, vt veniâ opus sit? Venturis malis libello cauimus. Et vt scires vera fuisse, magnam calamitatum partem experti sumus. Restat ergo vt reipublicæ videamur consuluisse, non seditionibus, aut priuatis affectibus. Quòd tam fauorabiliter de nobis scripseris ad Regem, gratiam debemus Celsitudini tuæ. Vis tamen verum hìc accipere?

Indulge libertati sermonis, propitias aures tuas non fraudabimus arcanis rationibus, quibus adacti sumus ad intensiorem vitæ curam. Multa iracundiæ tuæ indicia erupere. Quid igitur mirum, si diffidentia nobis suspicionem feceris? Auriacus & Egmondanus illum herè scrupulum eximere conati sunt. Scimus interim multos Procerum nobis infestos, & nescio quibus verbis innocentiam nostram proscribere. Rebelles, & turbulentos proclamant. Breui Regem ad vltionem venturum. Se quoque quamprimùm mandatum acceperint, facturos, ne in illum impunè peccemus. His sermonibus simplices populi aures cottidie imbuuntur. Longiùs quoque quàm oportuit silentio transmisimus. Ad vltimum patientia diuturnitati succubuit. Clandestina consilia quibus illos malè cogitare constat, extorsere remedium, quod à præsenti necessitate accepimus. Amicitias enim cum peregrinis contraximus. Illorum bonâ operâ vsuri, si aduersus nos, aut vasallos, aut subditos experta

vim

vim fueris. Hanc nobis necessitatem diffidentia tua imposuit. Quis autem damnare potest, quòd vitæ fortunisq; præsidium quæsiuerimus, quarum amore etiam feræ ad vltima compelluntur? Nam si tutiori remedio consulere potes desperatis, non dubitamus admittere. Securitatem duntaxat circumspicimus aduersùs maleuolentiam Procerum & iracundiam tuam. Ne aut vi, aut alio genere prosequaris, nemini denique libellum fraudi efficias. Auriacus, Egmondanus, & Hornanus rerum nostrarum statum ante omnes intelligunt. Cum illis nobis frequens sermo intercessit. Operæpretium feceris, si tuo iussu susceperint patrocinium fœderis, amplissimisq; mandatis instructi, consilia nobiscum conferant. Credibile est tantam indolem non peccaturam in fidem. Nihil deniq; suasuram contra fas officij, & compendium publicum. Virtutem, quâ hactenus claruerunt, vadem, prædémq; habes. Quanquam hoc ipsum præstare nisi pro tempore non potes: postulare tamen à Rege potes, vt decreto tuo placitũ adijciat in

Gene-

Generalium Ordinum concilium. Cæterùm, Domina, celare te non decet Sancto-Trudoni agentibus oblatum nobis esse libellum à multitudine. Copiam eius hic adiunximus. Arma quæ prouocati acceperint, posituros se profitebantur, religionisque negotium submissuros Generalibus comitijs, si interpositâ fide nostrâ redderemus securos. Non expediebat nobis tantæ inuidiæ condicionem subire. Sed præualuit fortuna publica. Igitur, miserorum causam suscepimus, patronósque nos diximus aduersus iniuriam. Proinde si tranquillitatem amas, distribuendi sumus per oppida, arma populo erepturi, ne forte ille sibi relictus, peregrinis accedat, æmulósque Gallos accersat in auxilium. Hoc tibi imprimis denuntiatum volumus, vt præsenti prospicias necessitati. ne si atrocius quid acciderit taciturnitatem nostram accuses. Quod reliquum est, Maiestati rursus obsequium vouemus, & spiritum.
Gubernatrix nihil quietum suspicata: tamen ad simulationem comparauerat vultum,

con-

contumaces irritare verita duriori ſupercilio. Ab Egmondano, Aſſicourtio, & Aſſonuillio iuſſit exſpectare reſponſum. Pridie Auriacum Antverpiam dimiſerat, ſedandis motibus, quibus rurſus ſtudere videbatur populus ille, in tantâ licentiâ nunquam tranquillus. Scripſerat ad eam ſenatus, Prætorem Brabantiæ in proximis viſum cum equitibus, & hinc formidinem inceſſiſſe ſectarijs, ſacra ſua contra fas turbari criminantibus. Vereri itaque, ne aut locum concionibus occuparent in vrbe, aut ferrum, quod depoſuiſſent, reciperent. Prætor ergo mouere inde iuſſus. Egmondano imperatum, vt codicillos deferret ad Coniuratos, in hæc verba. *Neſcire Gubernatricem quid in officium imprudens peccauerit, aut quid ſibi velit tam confuſa reſcriptio; cuius planiorem interpretationem deſideraret. Sectarios in vinculis detineri, vel quâ de cauſâ, nundum ad eam relatum eſſe. Perperam igitur contumaciæ inſimulari. Quæ promiſſi eius fuerint, abundè ſeruata eſſe. Sed econtra*

illos non exprimere operam, quam in coërcendis concionibus attulerint. Si candidè agerent, nominarent vasallos, & subditos, pro quibus tantoperè sollicitarentur. Nam securitatis pignus, vadésque quos flagitarent ipsi, vicißim se exigere. Coniurati contra in hunc modum rescribunt. *Multa à nobis, Domina, de industriâ prætermissa sunt, quorum ratio, & consilium ad te pertinent. Nunc verò quia ita iubes, non erit graue in copiam impingere, quam nuper in scribendo effugimus, ne superfluo sermone aures oneraremus tuas. Captiuos si placet accipere, rectiùs à Tornacensibus, Insulensibus, Montensibus, Ariensibus, Bethuniensibus, & Athensibus accipies. Brugenses deniq;, & Gandauenses non paucos in custodiâ habent. Diligentiam verò nostram in tranquillandâ plebe, sola si ignoras, quamprimùm dimitte per prouincias, qui consistoria, & Ministros interrogent. Inordinatorum comitiorum rationem frustra requiris à nobis. Eius tibi causa exigenda est à populo. Queritur ille voca-*

tos in comitia, quibus ius suffragij non erat. cæteros, aut omninò non vocatos, aut exacto comitiorum die adesse iussos. Adhæc quòd delectis ciuitatum exemplar edicti petentibus non indulseris. Quòd spacium, dum ad collegia referrent, non dederis. Quòd publicâ domo inclusi, iussi sint consilium capere, nec prius inde exire passi quàm responsum dedissent pro tuo arbitrio. Interroga conscientiam tuam, an non violaueris libertatem publicam, quæ modò Gubernatorum sententias promissis emeris, modò litteris sollicitaueris delectorum suffragia. Populus ergo iure de te queritur: nos de Proceribus, quorum multos nobis infestos videas. Congressus, & occursus nostros vitant præter consuetudinem. Tanquam rebelles aut læsæ maiestatis piaculo contaminatos fastidiunt. Consanguineos quoque suos, atque amicos deterrent imagine periculi, à nostro commercio. Spem gratiæ plerisque ostentant, si à nobis consilia segregauerint. Multorum quoque auribus haut obscurè

insinuant, vbi Rex in Belgium venerit, aut Regem non fore, aut nefario sanguine parentaturum iniuriæ suæ, noxiisque daturum supplicia. Hi apud te sunt. Cottidiè tecum consulunt. Regis aures imbuunt secretioribus consiliis, & bonitatem illius in tristiora exstimulant. Tot Veredarios iam remisit Hispania: nullus tamen postulatorum nostrorum mentionem attulit. Sed Philippum Regem accipimus iter sibi, & legionibus per Gallias sollicitare. Ab eàdem gente subsidia in nos exigere. Ducem Sabaudiæ auxilia instruere. Proceres tanquam contagionem metuentes, securitati nostræ timent accedere. Hæ causæ compulere nos ad externas amicitias. Quas cum Gallis tamen nullas contraximus. Si Vasallos, & subditos scire vis pro quibus meritò sollicitamur; Belgæ sunt. Hi nempe qui causæ nostræ se iunxere. Sed nec illos, nec cæteros fœderatos securos reddere possumus, nisi Celsitudo tua, & tres isti Proceres fidem interponant suam. Hos veluti medios inter te Regémque, & nos constitue,

nihil

nihil vtique acturos, nisi ex tuo arbitrio. Ita tamen, vt non militem conscribas, non aliundè adsciscas, quàm sub illorum auspicijs. Hi duces, hi centuriones, & chiliarchas dicant. Scimus id multis prouinciarum rectoribus graue fore. Commodius tamen nobis cauere non potes. Præsentem reipublicæ statum inuidiæ postferimus. Atque vt mentem nostram propius accipias, ad tempus duntaxat exigimus fidem vestram. Despiciet interim Rex rescindere velit, an admittere. Quem si recusare contigerit; æquum est, spatium aliquot concedi ijsdem promißis subnixum: vt interim securitati nostræ consulamus. Tres septimanæ in id suffecerint. Cautionem quam vicißim postulas, superuacuam ducimus. Quia nihil acturi sumus sine Auriaci, Egmondani, & Hornani consilio. Hæc est nostra cautio. Vires namque quas foris contraximus, offerimus ad obsequium Maiestatis. exequi parati, quidquid ex suffragio Ordinum ille iusserit.

Hæc mutuo metu, & simulatione retenti,

inuicem ſcribebant. Horrebant tamen prudentiores ad ſceleris nouitatem, auribus Regum inſolitam: quæ non conueniret cum nomine Principis ſummóque imperio, nec ſine peſtilenti exemplo proferretur in populum. Cæterùm Gubernanatrix non ſolùm terrore plena; ſed ad tantam negotiorum vim ſolicita, Proceres cum quibus conferret, ferè non habebat. Auriacus Antverpiæ hærebat. Manſveldius, Arenbergius, & Megemus ſuas curabant prouincias. Arſchotanus Montibus Hannoniæ retentum ſe ſimulabat infirmâ vxoris valetudine. Hactenus enim nullo publico munere excultus, tragœdiæ ſpeciem eminùs aſpexerat. Hornanus iniuriâ ſaucius, curiâ abſtinebat; pretextu ægritudinis leuiri ſui abſentiam excuſans. Præter Egmondanum, & Barlaimontium nemo aderat. Vtrumque ergò, cum Priuatæ curiæ ſenatoribus ad ſe accerſitos, interrogabat, quid ſibi agendum in tam perplexo rerum articulo. *At ego*, inquit

Egmon-

Egmondanus, *de Inquisitione, & edictis, & abolitione non quærendum amplius censeo. Quorum iam nullus est vsus, singulis à libidine suâ modum flagitij exigentibus. Nihil enim valent leges, nihil iudicia, nihil imperia, vbi vis, & audacia regnant, vbi mali, atque scelesti, carceribus eripiuntur ab insanâ multitudine. Id nunc agitur, bellum, an pacem velimus, alterutrum nobis fœderatis promittentibus. Nisi ergò admittimus Generalia Ordinum comitia, flagrabunt omnia ciuili discordiâ, armáque propediem præ foribus strepentia audiemus. Ista verò vtcumque periculosa sint consilia, neque vtilia publicè; tamen vt necessaria suadeo; vt apparatum armorum fœderati destituant, sectarij verò remittant supercilium. Multùm quoque fiduciæ decedet externis, destitutos se sentientibus conspiratione nobilium; quos econtra pro Rege suo obstinatos, abominari seditiones viderint. In summâ ex duobus malis, eligendum est minimum.* Omnes quidem laudabant Egmondani sententiam,

Vig-

efferauit. Hæ causæ illis ingenijs fecere prorumpendi audaciam. Nisi antevertissemus mala ista oblatione libelli, iam diu est, quòd prodendæ conscientiæ consilium inierant. Si externi rebus se immisceant nostris, primi surgemus in vltionem. Ferrum tamen in ciues stringere, non est animus. Sed nec ministerium Regis id ipsum postulat. Gladio premendi non sunt, qui ad ius prouocant, & Generalium Ordinum decretum exspectant. Nisi crudeles esse volumus in communem perniciem. At herculè fama publica reos nos facit. Nemo magis fallitur, quàm qui rumoribus se permisit. Quàm sæpe fama mentitur? Quis ergo plebem concitauit? quis ad concionandum persuasit? quis ad ferociam impulit? Cum res exiret in tumultus, passi sumus lasciuire eos, qui in officio contineri non poterant. Hoc ipsum purgare Celsitudini tuæ parati sumus. Non inficiamur quidem, plerosque fœderatorum ijsdem ritibus imbutos, non auersari promiscuam sacrorum licentiam. Nemo tamen eorum adhuc inuen-

tus

tus est excessisse terminos, officij sui, aut obsequium exuisse ergà Principem. Animi sui vota modestià compensant. Quoties plebem precibus aggressi sunt, vt abstraherent à furioso exitu? Abominamur certè tam proteruam licentiam. Proinde si quid habes, quo peruicaciæ obuiam ire potes, edissere Domina, tibi omnem pollicemur operam. Cæterum non adeò peruersam rationem solicitudo nostra instituit, vt diffidere Regi oporteat. Iustitia & benignitas eius meliora spondent. Nam si hìc sit (quod in votis omnium diu fuit) videres cuncta in Ordinem concedere. Perperàm itaque de præteritarum rerum obliuione securos nos esse iubes. Quid enim fecimus, vt venià opus sit? Venturis malis libello cauimus. Et vt scires vera fuisse, magnam calamitatum partem experti sumus. Restat ergo vt reipublicæ videamur consuluisse, non seditionibus, aut priuatis affectibus. Quòd tam fauorabiliter de nobis scripseris ad Regem, gratiam debemus Celsitudini tuæ. Vis tamen verum hìc accipere?

Indulge libertati sermonis, propitias aures tuas non fraudabimus arcanis rationibus, quibus adacti sumus ad intensiorem vitæ curam. Multa iracundiæ tuæ indicia erupere. Quid igitur mirum, si diffidentiæ nobis suspicionem feceris? Auriacus & Egmondanus illum herè scrupulum eximere conati sunt. Scimus interim multos Procerum nobis infestos, & nescio quibus verbis innocentiam nostram proscribere. Rebelles, & turbulentos proclamant. Breui Regem ad vltionem venturum. Se quoque quamprimùm mandatum acceperint, facturos, ne in illum impunè peccemus. His sermonibus simplices populi aures cottidie imbuuntur. Longiùs quoque quàm oportuit silentio transmisimus. Ad vltimum patientia diuturnitati succubuit. Clandestina consilia quibus illos malè cogitare constat, extorsere remedium, quod à præsenti necessitate accepimus. Amicitias enim cum peregrinis contraximus. Illorum bonâ operâ vsuri, si aduersus nos, aut vasallos, aut subditos experta

vim

vim fueris. Hanc nobis necessitatem diffidentia tua imposuit. Quis autem damnare potest, quòd vitæ fortunisq́; præsidium quæsiuerimus, quarum amore etiam feræ ad vltima compelluntur? Nam si tutiori remedio consulere potes desperatis, non dubitamus admittere. Securitatem duntaxat circumspicimus aduersùs maleuolentiam Procerum & iracundiam tuam. Ne aut vi, aut alio genere prosequaris, nemini denique libellum fraudi efficias. Auriacus, Egmondanus, & Hornanus rerum nostrarum statum ante omnes intelligunt. Cum illis nobis frequens sermo intercessit. Operæpretium feceris, si tuo iussu susceperint patrocinium fœderis, amplissimisq́; mandatis instructi, consilia nobiscum conferant. Credibile est tantam indolem non peccaturam in fidem. Nihil deniq́; suasuram contra fas officij, & compendium publicum. Virtutem, quà hactenus claruerunt, vadem, prædémq́; habes. Quanquam hoc ipsum præstare nisi pro tempore non potes: postulare tamen à Rege potes, vt decreto tuo placitũ adijciat in

Gene-

Generalium Ordinum concilium. Cæterùm, Domina, celare te non decet Sancto-Trudoni agentibus oblatum nobis esse libellum à multitudine. Copiam eius hic adiunximus. Arma quæ prouocati acceperint, posituros se profitebantur, religionísque negotium submissuros Generalibus comitijs, si interpositâ fide nostrâ redderemus securos. Non expediebat nobis tantæ inuidiæ condicionem subire. Sed præualuit fortuna publica. Igitur, miserorum causam suscepimus, patronósque nos diximus aduersus iniuriam. Proinde si tranquillitatem amas, distribuendi sumus per oppida, arma populo erepturi. ne forte ille sibi relictus, peregrinis accedat, æmulósque Gallos accersat in auxilium. Hoc tibi imprimis denuntiatum volumus, vt præsenti prospicias necessitati. ne si atrocius quid acciderit taciturnitatem nostram accuses. Quod reliquum est, Maiestati rursus obsequium vouemus, & spiritum.
Gubernatrix nihil quietum suspicata: tamen ad simulationem comparauerat vultum,
con-

contumaces irritare verita duriori supercilio. Ab Egmondano, Afficourtio, & Affonuillio iussit exspectare responsum. Pridie Auriacum Antverpiam dimiserat, sedandis motibus, quibus rursus studere videbatur populus ille, in tantâ licentiâ nunquam tranquillus. Scripserat ad eam senatus, Prætorem Brabantiæ in proximis visum cum equitibus, & hinc formidinem incessisse sectarijs, sacra sua contra fas turbari criminantibus. Vereri itaque, ne aut locum concionibus occuparent in vrbe, aut ferrum, quod deposuissent, reciperent. Prætor ergo mouere inde iussus. Egmondano imperatum, vt codicillos deferret ad Coniuratos, in hæc verba. *Nescire Gubernatricem quid in officium imprudens peccauerit, aut quid sibi velit tam confusa rescriptio; cuius planiorem interpretationem desideraret. Sectarios in vinculis detineri, vel quâ de causâ, nundum ad eam relatum esse. Perperam igitur contumaciæ insimulari. Quæ promissi eius fuerint, abundè seruata esse. Sed econtra*

illos non exprimere operam, quam in coërcendis concionibus attulerint. Si candidè agerent, nominarent vasallos, & subditos, pro quibus tantoperè sollicitarentur. Nam securitatis pignus, vadésque quos flagitarent ipsi, vicißim se exigere. Coniurati contra in hunc modum rescribunt. *Multa à nobis, Domina, de industriâ prætermissa sunt, quorum ratio, & consilium ad te pertinent. Nunc verò quia ita iubes, non erit graue in copiam impingere, quam nuper in scribendo effugimus, ne superfluo sermone aures oneraremus tuas. Captiuos si placet accipere, rectiùs à Tornacensibus, Insulensibus, Montensibus, Ariensibus, Bethuniensibus, & Athensibus accipies. Brugenses deniq;, & Gandauenses non paucos in custodiâ habent. Diligentiam verò nostram in tranquillandâ plebe, sola si ignoras, quamprimùm dimitte per prouincias, qui consistoria, & Ministros interrogent. Inordinatorum comitiorum rationem frustra requiris à nobis. Eius tibi caussa exigenda est à populo. Queritur ille voca-*

tos in comitia, quibus ius suffragij non erat. cæteros, aut omninò non vocatos, aut exacto comitiorum die adesse iussos. Adhac quòd delectis ciuitatum exemplar edicti petentibus non indulseris. Quòd spacium, dum ad collegia referrent, non dederis. Quòd publicâ domo inclusi, iussi sint consilium capere, nec prius inde exire passi quàm responsum dedissent pro tuo arbitrio. Interroga conscientiam tuam, an non violaueris libertatem publicam, quæ modò Gubernatorum sententias promissis emeris, modò litteris sollicitaueris delectorum suffragia. Populus ergo iure de te queritur: nos de Proceribus, quorum multos nobis infestos videas. Congressus, & occursus nostros vitant præter consuetudinem. Tanquam rebelles aut læsæ maiestatis piaculo contaminatos fastidiunt. Consanguineos quoque suos, atque amicos deterrent imagine periculi, à nostro commercio. Spem gratiæ plerisque ostentant, si à nobis consilia segregauerint. Multorum quoque auribus haut obscurè

insinuant, vbi Rex in Belgium venerit, aut Regem non fore, aut nefario sanguine parentaturum iniuriæ suæ, noxiisque daturum supplicia. Hi apud te sunt. Cottidiè tecum consulunt. Regis aures imbuunt secretioribus consilijs, & bonitatem illius in tristiora exstimulant. Tot Veredarios iam remisit Hispania: nullus tamen postulatorum nostrorum mentionem attulit. Sed Philippum Regem accipimus iter sibi, & legionibus per Gallias sollicitare. Ab eàdem gente subsidia in nos exigere. Ducem Sabaudiæ auxilia instruere. Proceres tanquam contagionem metuentes, securitati nostræ timent accedere. Hæ causæ compulere nos ad externas amicitias. Quas cum Gallis tamen nullas contraximus. Si Vasallos, & subditos scire vis pro quibus meritò sollicitamur; Belgæ sunt. Hi nempe qui causæ nostræ se iunxere. Sed nec illos, nec cæteros fœderatos securos reddere possumus, nisi Celsitudo tua, & tres isti Proceres fidem interponant suam. Hos veluti medios inter te Regémque, & nos constitue,

nihil vtique acturos, nisi ex tuo arbitrio. Ita tamen, vt non militem conscribas, non aliundè adsciscas, quàm sub illorum auspicijs. Hi duces, hi centuriones, & chiliarchas dicant. Scimus id multis prouinciarum rectoribus graue fore. Commodius tamen nobis cauere non potes. Præsentem reipublicæ statum inuidiæ postferimus. Atque vt mentem nostram propius accipias, ad tempus duntaxat exigimus fidem vestram. Despiciet interim Rex rescindere velit, an admittere. Quem si recusare contigerit; æquum est, spatium aliquot concedi ijsdem promißis subnixum: vt interim securitati nostræ consulamus. Tres septimanæ in id suffecerint. Cautionem quam vicißim postulas, superuacuam ducimus. Quia nihil acturi sumus sine Auriaci, Egmondani, & Hornani consilio. Hæc est nostra cautio. Vires namque quas foris contraximus, offerimus ad obsequium Maiestatis. exequi parati, quidquid ex suffragio Ordinum ille iusserit.

Hæc mutuo metu, & simulatione retenti,

Egmondanus, *de Inquisitione, & edictis, & abolitione non quærendum amplius censeo. Quorum iam nullus est vsus, singulis à libidine suâ modum flagitij exigentibus. Nihil enim valent leges, nihil iudicia, nihil imperia, vbi vis, & audacia regnant, vbi mali, atque scelesti, carceribus eripiuntur ab insanâ multitudine. Id nunc agitur, bellum, an pacem velimus, alterutrum nobis fœderatis promittentibus. Nisi ergò admittimus Generalia Ordinum comitia, flagrabunt omnia ciuili discordiâ, armáque propediem præ foribus strepentia audiemus. Ista verò vtcumque periculosa sint consilia, neque vtilia publicè; tamen vt necessaria suadeo; vt apparatum armorum fœderati destituant, sectarij verò remittant supercilium. Multùm quoque fiduciæ decedet externis, destitutos se sentientibus conspiratione nobilium; quos econtra pro Rege suo obstinatos, abominari seditiones viderint. In summâ ex duobus malis, eligendum est minimum.* Omnes quidem laudabant Egmondani sententiam,

Vig-

Viglius tamen *non placere sibi* dicebat *tam periculosa remedia, neque tantùm se tribuere comitijs, vt ab his exspectari poßit religionis incolumitas. Demus*, ait, *Ordines maiorum religioni, ac venerationi Regis sui deditos, nouitatibus non oblectari: polliceri tamen nemo potest, nihil vtique illos anteuertendis calamitatibus concessuros libellis, quos sectarij ex omni parte vno animo impetúque obtrudent. Haut frustra olim placitum principibus, ne absentibus ipsis Ordines haberentur. Cùm vel præsentes cohibere vix poßint, ne vel iura sua augeat populus, vel sceptrorum libertatem astringat. Hoc enim periculi in se habent ista comitia; vbi quod singuli non auderent, vniuersi consentiunt, infesta semper, & nunquam sat suspecta dominantibus. Nam ne Regem quidem velle existimo. Scit enim quàm procaciter sibi nuper illuserint. Populo cum Principibus nunquam conuenit. Dominari illi volunt, hic liber esse. Quæres igitur, quid censeam, quando nec recusare comitia, nec admittere sine periculo possumus?*

Mea

Mea ferret sententia cauendum esse Coniuratis, & per æqua, per iniqua conciliandos reipublicæ. Comitiorum verò negotium deferendum ad Regem, vt ipse statuat quod potissimùm res exegerint. Huic sententiæ Gubernatrix accessit. Nam cæteri quoque non dubitabant quin optimè Viglius dixisset. Secundùm hæc statuitur, respondendum esse Coniuratis, de postulatis eorum Gubernatrici curæ fore. Paucorum dierum inducias petere. intra quos mitteret ad Regem, Proceresque contraheret in curiam, quos in xv cal. proximas adesse omnes iusserit. Prædes quos exigerent absentes esse. Inuitos autem vadari non posse. Ad hoc decretum Coniuratis deferendum Egmondanus deligitur. Datum illi præterea in mandatis, vt quoquo modo pacaret contumaces, hortaretúrque dissoluere fœderis nexum, sub cuius fiduciâ sectarij tam flagitiosa peccarent.

Gubernatrix postridiè ad Regem scripsit. Materiámq; consternationis subtrahendam

debantur. Non Ipras, non cætera Flandriæ primorum constantia in fide retinuit. Instar morbi scelus, & amentia vrbes, municipia, vicos peruagabantur. Vna Brugarum ciuitas erat, quam tempestas illa non libauerat. Hanc sectarij per epistolas alliciebant in consortium, & si resisteret magistratus, vim, & vltionem minabantur. Momentóque temporis quatuor armatorum millia Brugas contendunt, templúmq; Sanctæ-Crucis in ipsis suburbijs concionibus incestant. Neque ciuium hoc crimen erat; sed eorum maximè, qui nuper Gandauum iuxta insani, facem audaciæ prætulerant. Ducentos tamen Brugensium interfuisse comperio. Quorum peruicaciam magistratus timens, Gubernatricem inuocauit. Missúsque eò Egmondanus, trecentos ciuium adlegit in stipendium. Et sic haut ægrè suppressum est scelus, in cuius etiam odium genius vrbis durauerat. Insignis ea tempestate Hannonum constantia fuit. A Valencenensibus sollicitabantur crebris epistolis. Et haut procul Montibus concionem edixerant. Ad discutiendos eos Latrun-

temptum venerat. Scires omnia ad seditiones vergere. Libidinem concionum multo armatorum præsidio Sectarij tutabantur. Equites in turmas componebant. Vt quisq; opibus validus, tela, equos, pecunias conferebat. Expilationes monasteriorum, raptus, & sacrilegia hauserant animo. Denique fiducia Coniuratorum inflatos, superstitione, ac lasciuiâ discordes, non lex, non magistratus, non pudor, aut metus cohibebat. Prouincialium curiarum proiecta auctoritas, vano conatu iura exequebatur. Imperium, viribus destitutum, decreta supplicia expetere non poterat. A sectarijs vi agebatur. Fortè aduocatum quendam Gandaui sceleris compertum, Procurator Generalis in iudicium traxerat; cùm sex armati repentè in Præsidem Flandriæ domi inuehuntur. Minister quoque simul venerat, superbèque poscebat, absolui captiuum, ac in posterum concionum libertati desineret officere. Cæterùm ille ad hoc fulmen hautquaquam territus, paucis respondit. *Regis se Ministrum esse.*

 Impe-

ſunt ad paria facinora. Sed pauidi ciues obiectis portis venientes excluſerant. Igitur in rabiem verſi, proxima quæque exterrent. Nec procul Bruxellâ, aberant; iactabántque propediem admoturos ſe vrbi multitudinem. Quibus auditis Gubernatrix non mediocriter expalluit. Tot ſimul flagitijs obuiã ire non poterat, apparatu belli deſtituta, armíſque, & milite; ac ſi hæc ſuppeterent, pecunia tamen deerat. Ordinarias turmas inſtrui iuſſerat. Sed illæ apertè inclamabant non factura Gubernatricem vt ſine ſtipendio militarent. Igitur ad conquirendas pecunias intendit animum. Vſitatum hactenus fuerat in extraordinario diſcriminis articulo, ſub honeſtâ mutui ſpecie tributum aliquod eccleſiaſticis imperare. Tunc quoque rogari placuit. Quippe eò procliuius collaturi videbantur, quod hac penſione incolumitatem ſuã cogitarent redimere. Conferendi exemplũ Hañones præbuere. Idem factum in cæteris prouincijs. Sed benigna illa liberalitas præteritorum annorum ſtipendia exonerare non poterat. Ad ea igitur diſſoluenda conſilium inijt, faſti-

fastigio quidem indignum, sed quod terror & necessitas facilè excusat. Quæstum enim ex sorte (Lotharias vulgo dicimus) facere instituit; subleuatura ærarij angustias sine cuiusquam incommodo. Vrbes interim in finibus positas, supplemento militum firmauit. munimentum aduersus finitimos, & si necessitas postularet, contractura inde auxilium in ciuili discordiâ. Gubernatores, & Prouincialia concilia, prætores quoque, & magistratus admonuit, diligenter cauerent, ne externis hostibus, ciuitatum munimenta aperiret proditio. Denique vt cum saniore ciuium parte inirent rationem, quâ illicitos cœtus discuterent, vrbésque, & populos continerent in obsequio. Et quoniam non sine Dei irâ mala ista accidere videbantur, publicas preces, & supplicationes indixit. Hæc in præsens suppetebant remedia: sed vana, atq; infirma in tam vasto incendio. Plebs variè pessum ierat, cupida rerum nouarum, simul agitatá pestilenti sydere illius sæculi.

Dum

Dum hæc in Belgio aguntur, Rex in Hiſpaniâ ſolicitus, inſumebat operam conſultationibus, adultâ iam malitiâ nihil profuturis. Montignæus enim eòdem peruenerat curſorijs equis. Et quid de mandatis ſuis fieri placeret ad Regem retulerat. Ille verò ſuos in Concilium contraxit, & quod optimum ducerent ad ſe referri iuſſit. Hi tum maximè Concilium inſtituebant; Dux Albanus, Gomeſius de Figueroa Feriæ comes, Antonius de Toleto magnus prior Ordinis ſancti Ioannis Leonenſis, Ioannes Mauricius de Lara, Archiœconomus Reginæ, Reynerus Gomeſius Princeps D'Ouoly & Comes de Melito, Ludouicus Quixada Archippocomus, ſiue magnus Scutarius principis, Tiſſinacquius, & Hopperus, & Corteuillius. Rex autem non intererat. Ne fortè ſtudio ſuo ſuffragandi libertatem adimeret contraria ſuadere timentibus. Et quia pleriſque ſemina morbi ignota adhuc erant; ita inſtituere conſilia, vt prius de genere mali, deinde in remedia inquirerent. Concilio Belgico Figueroa

ueroa præerat. Verba eius in hunc modum traduntur. *Nunquam mihi dubium fuit, haut aliò spectare Belgicorum Procerum consilia, quàm vt in turbidis rebus, & per religionis licentiam quassatis, summam imperij ad se traherent. Primo enim quibus non machinis Granuellanum amoliti sunt? quare tamen irascerentur illi non habebant. Hoc de illo quoque inimici confeßi sunt. Quid est igitur quod causabantur? Non expedire reipublicæ vnum aliquem in eo fortunæ gradu summam imperij habere in manibus. Maiorum mores obstare. Eam prærogatiuam, deberi Proceribus. Hoc prætextu exturbauere periclitantem Cardinalem sub omnium inuidià. Sed re verâ constantiam eius oderant, quam libidini suæ credebant officere. Deinde legatio Egmondani superuenit, de Inquisitione, & edictis querelam ferens, & curiarum omnium vires Proceribus vindicatura. Ab hac spe deiectis, libellus Coniuratorum succeßit. Qui sunt illi Coniurati? fratres, cognati, affines,*

domestici, amici, & familiares Procerum? Quid igitur flagitant? Inquisitionem tolli, mitigari edicta, Generalia Ordinum comitia contrahi. Nempe vt in comitijs rempublicam ex suo formarent arbitrio: Inquisitione verò, legibúsq; sublatis, promiscuam sacrorum licentiam inducerent. Vt vel inde nemine profitente satis intelligas, non alienos esse Proceres à Coniuratorum consilijs. facinúsq; inter se partiri, quos in vnum omnes cogit eadem factio. Ne id quidem Proceres dissimulant; qui ad vltimum suasere Regi, vt Inquisitionem abrogaret, edicta leniret, præteritorum gratiam concederet, officia trium curiarum in vnam confunderet. Hæc sunt quæ modò Montignaus attulit. De aduentu Regis parum aut nihil adiecit. Cuius præsentiam Proceres non desiderant. In summâ, duæ in Belgio sunt factiones, vna Procerum, altera Coniuratorum. Altera alterius instrumentum est. Et in id vtraque collineat,

 vt

vt dominationem Proceribus transcribat, quò deinde illi vel in Regem potentiam exerceant. Post hunc sermonem, fuere qui censerent, prudenter facturum Regem, si vel ipse, vel præfectorum aliquis ad opprimendum malum in prouincias transiret cum exercitu. Sed eam sententiam plures abhorrendo; *Non paucos in Belgio sontes esse testabantur. Multos tamen ex his non propriâ indole abstractos; sed leuis animi vitio aliena stultitia accessisse. Bonorum interim numerum præpollere cæteris. Abominandum ergò remedij genus fore, pari supplicio cunctos afficere. Quippe bellum geri non posse citra bonorum iniuriam. Longè aliam esse voluntatem Regis, qui mitem, & pacatum animum præstare cupit subditis; & cum illis haut aliter agere, quàm tractare liberos solent offensi patresfamilias. Hi iustitiam pietati admiscent. Domestica flagitia sic curant, vt liberorum salutem, non vltionem videantur exigere. Regem enim corrigere velle, non euertere; sanare, non exstinguere.* Cum his

&ceius-

& eiusmodi argumentis pro se quisque vicissim certaret; in hanc tandem sententiam concessum est, vt referendum Regi dicerent: *Duo omninò suppetere remedia. Alterum verum, & solidum. Alterum medium quidem; sed necessarium. Solidum remedium in celeritate positum esse; si primo quoquo tempore in prouincias festinauerit Rex, in ipso apparatu deprehensurus sectariorum consilia. Religionem adhuc in potestate esse. Auctoritatem refractariorum caducam, atque infirmam. Si proximam hyemem otiosus extraxerit, non religionem, non fidem, non obedientiam inuenturum. Præcipitatam insaniam non postulare lenta remedia. Neque etiam exspectandum, donec mali iunctis sibi externis supercilium tollant, & nihil ampliùs sincerum sit in prouincijs. Componi adhuc res posse sine ferro, & sanguine. Sed glissentem seditionem in ipsis cunis opprimendam esse. Mox enim nihil proficient succinctæ legiones, vel certè non nisi inhonestis condicionibus ferociam discutient. Ipsum Regem*

hanc sibi expeditionem sumere debere. Nihil profuturam, si alteri permiserit, quantumuis egregio. In eo enim non elucebit reuerentia Maiestatis, non eminebit auctoritas. Quin imò atrociorum secessionum causas daturum partibus, vtrimque armatis, & ministerium Regis vtrimque praeferentibus. Sicut nuper in Galliâ accidisset. Haec ergo incommoda praeuenire debet Rex praesentiâ suâ. Boni enim auspicia eius sequentur. Dubij conspectu Maiestatis perculsi, ad eundem respicient. Mali non habebunt in quo fiduciam reponant, quorum ceruicibus exercitus incumbens, societates ac factiones dissoluet, libratisque conatibus rebelles in leges subijciet. Tum demum religionis negotia securè componet, instructus legionibus, quas turbulentis obijciat. Si quid in ecclesiasticâ labauerit disciplinâ, reuocabit ad Concilij Tridentini seueritatem. A sectariis verò exiget vltionem flagitij. De edictis, quod videbitur, constituet. Si quid in Concilio Status, vel Finantiis, aut secretâ curiâ mutan-

dum duxerit, rectius ibi perficiet. Deesse nobis hic acta, deesse decreta maiorum, vnde præteriti temporis formam, moresque liceret colligere. Controuersias quoque inter easdem curias exortas, dissoluet, iubebitque singulas contentas esse mandatorum suorum finibus. Operam denique dabit, ne indulgentiæ, & abolitiones, ne munera, & honores, in quibus potissimùm tranquillitas, salúsque publica consistit, ad indignos perueniant. Hæc sunt solidiora remedia. Quæ si maturè applicari possint vulneribus, frustrà iam in cætera inquirimus. Cæterùm dum instruitur exercitus, dum aulæ moles per se grauis mouetur, hyems est, & intempestiua aura nauigantibus. Quippe non aliter Rex in Belgium transportari potest, quàm Oceano. Temerè crediturus salutem suam externis hominibus. Proinde ad media remedia necessitate compellitur. hoc est, de Inquisitione, & edictis, ac præteritorum delictorum veniâ, quid agendum sibi, consideret. Flagitio-

olim in præsentium scelerum remedia, & securitatem suam, futurorum præsagax Ecclesia instituit. Nihil enim sperandum, erepto telo quo integritatem vlciscitur suam, quàm vt religio exponatur iniurijs. Nec sine periculo edicta resolui in ancipiti republicâ. Malos pœnis affici debere. Quid enim futurum si nihil præter scandala, & conciones, ac conuenticula leges corripiant? nec id quidem idoneo supplicio; sed sub prætextu turbatæ pacis, aut læsæ tranquillitatis? scilicet vt fas cuique fiat, intra domesticos parietes contaminatæ conscientiæ morem gerere. Itaque si tempora admitterent, suasuros se fuisse maiorum morem retineret, nec supplicia irrogaret mitiora præteritis. Nunc verò magnoperè censere, sceleratis hominibus ignoscat, & præteritorum criminum gratiam faciat. vnos tamen Ministros, & concionatores excipiat. Inquisitionis quoque Papalis potestatem exarmet, ita tamen vt Episcopalis in vsum veniat. Edicta verò in aduentum suum differat. & si ne hæc quidem moram ferant, Bel-

gas ipsos iubeat formulam concipere, transmittendam in Hispaniam; vt de hac quod videbitur Rex constituat.

Hac relatione auditâ, Rex ad Gubernatricem litteras dedit, quibus sententiam suam, in hunc modum commisit. *Domina bona soror mea; Haut alia mihi vnquam mens fuit, quàm vt clementiam cum meis communicarem. Pristino affectui absens non detraho. Nihil equidem negare constitui, quatenus inuiolatus numinis cultus patietur, & conscientia mea. Quod ex litteris hisce satis intelliges. Neque id necessitati tribuo, quam repraesentas; sed naturae meae. Malo me gratiae, quàm vindictae pœniteat. Atenim Inquisitionem aboleri desideras. Scio quantum momenti postulatis illis subsit. Hae sunt arma, quae ex olim in rebelles Ecclesia instruxit. Quibus hactenus dignitatem suam tutata est à sectarijs. Maiorum consilia damnare non possum. Neque tamen institutis eorum ita me addixi, vt ab illorum prudentiâ recedere nefas existimem. Ad praesentis seculi genium*

 cogi-

cogitationem direxi. Imperator pater meus Inquisitionem accepit, quia frænandæ malitiæ Episcopi deerant. Cùm sub incuria eorum, qui iurisdictioni præerant, torperet Ecclesia, ad hæc auxilia recurrere coactus est. Nunc inter tot Episcopos eadem tempora non videntur. Facilè itaque persuaderi mihi patiar, Papalem Inquisitionem expungi; modò Episcopalis robur accipiat. Edicti formulam, quam concepistis, planè inutilem esse video. quia sectarij haut aliò spectant, quàm ad libertatem religionis. Quod ex famosis libellis facilè est intelligere. Fœderati verò à Generalium Ordinum concilio edictum exspectant. Sed obsecro, quid bonorum interest, hæ, an illæ rogentur leges? Quippe suopte ingenio ad licita, & honesta feruntur, nec contrà maiorum morem quidquam attentant. In malos autem nulla satis atrocia statuuntur supplicia. Veruntamen vt tranquillitatem ciuium, beneficium meum faciam; recudi leges non recuso. Nec tam diu pressissem consilium

meum

meum, si prouinciarum omnium accepissem suffragia. Absque his nihil noui statuere oportuit. Quippe in leges municipales, aut priuilegia impingere non est animus. Nam si rogandi morem omittimus, bonorum offensa præsto est. Quia nec priora edicta sancita sunt inauditis prouinciis. Et malè leges sciscuntur, quas vsus postea reiiciat. Imo ad exemplum pertinet, semel latas perpetuò custodiri. Cæterùm si constare robur legibus volumus, quædam à iuris communis præscripto exigenda sunt: nempe vt contumaces, anabaptistas, & relapsos ignis compescat. bona verò eorum publicentur, quos gladius extinxerit. Quis enim probare poterit, exules ipsos fortunarum suarum retinere arbitrium? Vsufructus, antenuptialia lucra, hæreditates, & legata ad eos peruenire, quos flagitio suo patriâ expulsos, ciuili beneficio indignos lex fecit? Ius commune has perduellibus pœnas liquidò imposuit. Quarum mentionem in formulâ moderaminis

vestri nullam inuenio. Dubium consilio, an errore. Sed delatores pœnâ, aut præmio ad proditionẽ sceleris sollicitari non video. Quasi futuri sint, qui sponte volent accusare? nemo gratis subiturus est delatoris inuidiam. Hæc velim eo candore admittas, quo ipso exigo. Nam quod ad me attinet, augendo ærario non studeo. Sed quia publicæ vtilitati conducere arbitror, & ita fieri debere ius commune demonstrat. Edictum anni MIↃXLIX. *idem constituit, nihil tum detrectantibus Ordinibus. Neque interim ad rem pertinere puto, quo pacto obstinatæ mentes frangantur. Potestatem vobis facio, concipiendi formulam; ita tamen, vt religionem mihi, & Maiestatem illibatam seruetis. Quodcumque autem videbitur, quamprimùm ad me transmitte. Præteritorum veniam quam requiris, quantillum profecturam existimem ex hoc conijcio, quòd Fœderatos spe suâ frustratos videam. Quanquam nec satis accipiam, vtrũ ipsos duntaxat Fœderatos, an & Ministros, & sectarios gratiâ quoque*

dignos

dignos iudices. Nolo tamen legibus constringi clementiam meam. De his quod videbitur ipsa constitue, & præteriti furoris veniam fac, pro tuâ prudentià, & arbitrio. Vnos tamen condemnatos excipio. Fœderati verò vinculum resoluant, & ad conciones, cœtúsque illicitos dißipandos omnem tibi industriã conferant. Hac demum lege gratiam ratam efficiam. Quò minus ipse iter in Belgium instituam, per imminentem hyemem non licet, deprehensuram me sine dubio in medijs fluctibus. Primo tamen vere appellere statui. Interim si conciones, & conuenticula non cessauerint, Ordinarias turmas, & præsidiarios obijcias. In Fœderatos easdem partes amplexos, conscribe exercitum. Præfecturas delectis attribue. Horum virtus securum me efficiet. Nam & ciuitates ferè in obsequio stant. Et quò fidem illibatam retineant, prætores, & magistratus ad colendum officium litteris exstimulo. quas sine morâ destinandas trades veredarijs. Vale. ex siluâ Sigouià prid. calend. August.

Hanc vtique epiſtolam in longum tranſcripſi, non vt moli voluminis aut copiæ conſulerem, quod vnum ſemper vitium maximè declino: ſed vt boni Regis famam calumnijs exonerem. Nemo ſcriptorum eſt aliarum partium, qui nocentem non pronuntiet. Seruitutem, & regnum cogitaſſe mentiuntur. Et quò magis exoſum populo faciant, plura innocentiæ eius maledicta affingunt, præteritis virtutibus, quas mitiſſimi Rex ingenij, ſupra benignitatem candidiſſimas exercuit. In ſacra maiorum (nec immeritò) peruicacior fuit. Hæc ſi adſint, cætera facilè populo condonauerit. Sed ab æquo lectore, ſinceríſque iudicijs, ſaniorem ſententiam exſpecto. Fata erant, quæ Belgas vrgebant. Ad quorum iram auertendam publica vota & ſupplicationes Rex in Hiſpaniâ ſuſcipi iuſſit. Eadem in Belgio fieri mandauit. Litteras quoque ad Proceres dedit, blanditijs plenas. Tempus appetiſſe monens, quo conſtantiam ſuam fidémque

que

que probarent. Idem quoque magiſtratibus perſcripſit.

Miſſis his epiſtolis, alij, atque alij tabellarij in Hiſpaniam perueniunt, nunciaturi triſtiora præteritis, & afflictæ ſtatum prouinciæ, quo in diſcrimine religio eſſet, quâ in perplexitate rerum Gubernatrix. Denique cuncta feruere diſcordijs, ſub infandâ ſectariorum audaciâ.

Ad hos nuncios indignari Rex cæpit, quòd ſibi populus tam procaciter illuderet. Succinctiſque legionibus ad omnem fortunam opus eſſe ratus, tria equitum, decem peditum millia in Germaniâ conduci iuſſit. Gens armis ſtrenua, ſuâque indole in martem propenſa, plura Cæſari, deinde & Philippo Regi ſtipendia generosè, fortitérque fecerat, in venali fortitudine ignara perfidiæ. Sed nec recens adacta in Sacramentum vexilla deſtituit, quod tyrones Belgę inter flagitia non numerant. Et cum hodierna

pru-

vt dominationem Proceribus transcribat, quò deinde illi vel in Regem potentiam exerceant. Post hunc sermonem, fuere qui censerent, prudenter facturum Regem, si vel ipse, vel præfectorum aliquis ad opprimendum malum in prouincias transiret cum exercitu. Sed eam sententiam plures abhorrendo; *Non paucos in Belgio sontes esse testabantur. Multos tamen ex his non propriâ indole abstractos; sed leuis animi vitio alienæ stultitiæ accessisse. Bonorum interim numerum præpollere cæteris. Abominandum ergò remedij genus fore, pari supplicio cunctos afficere. Quippe bellum geri non posse citra bonorum iniuriam. Longè aliam esse voluntatem Regis, qui mitem, & pacatum animum præstare cupit subditis; & cum illis haut aliter agere, quàm tractare liberos solent offensi patresfamilias. Hi iustitiam pietati admiscent. Domestica flagitia sic curant, vt liberorum salutem, non vltionem videantur exigere. Regem enim corrigere velle, non euertere; sanare, non exstinguere.* Cum his

& eius-

& eiusmodi argumentis pro se quisque vicissim certaret; in hanc tandem sententiam concessum est, vt referendum Regi dicerent: *Duo omninò suppetere remedia. Alterum verum, & solidum. Alterum medium quidem; sed necessarium. Solidum remedium in celeritate positum esse; si primo quoquo tempore in prouincias festinauerit Rex, in ipso apparatu deprehensurus sectariorum consilia. Religionem adhuc in potestate esse. Auctoritatem refractariorum caducam, atque infirmam. Si proximam hyemem otiosus extraxerit, non religionem, non fidem, non obedientiam inuenturum. Præcipitatam insaniam non postulare lenta remedia. Neque etiam exspectandum, donec mali iunctis sibi externis supercilium tollant, & nihil amplius sincerum sit in prouincijs. Componi adhuc res posse sine ferro, & sanguine. Sed glissentem seditionem in ipsis cunis opprimendam esse. Mox enim nihil proficient succinctæ legiones, vel certè non nisi inhonestis condicionibus ferociam discutient. Ipsum Regem*

 hanc

hanc sibi expeditionem sumere debere. Nihil profuturam, si alteri permiserit, quantumuis egregio. In eo enim non elucebit reuerentia Maiestatis, non eminebit auctoritas. Quin imò atrociorum secessionum causas daturum partibus, vtrimque armatis, & ministerium Regis vtrimque praeferentibus. Sicut nuper in Galliâ accidisset. Haec ergo incommoda praeuenire debet Rex praesentiâ suâ. Boni enim auspicia eius sequentur. Dubij conspectu Maiestatis perculsi, ad eundem respicient. Mali non habebunt in quo fiduciam reponant, quorum ceruicibus exercitus incumbens, societates ac factiones dissoluet, libratisque conatibus rebelles in leges subijciet. Tum demum religionis negotia securè componet, instructus legionibus, quas turbulentis obijciat. Si quid in ecclesiasticâ labauerit disciplinâ, reuocabit ad Concilij Tridentini seueritatem. A sectariis verò exiget vltionem flagitij. De edictis, quod videbitur, constituet. Si quid in Concilio Status, vel Finantiis, aut secretâ curiâ mutan-

dum duxerit, rectius ibi perficiet. Deesse nobis hic acta, deesse decreta maiorum, unde prateriti temporis formam, moresque liceret colligere. Controuersias quoque inter easdem curias exortas, dissoluet. iubebitque singulas contentas esse mandatorum suorum finibus. Operam denique dabit, ne indulgentiæ, & abolitiones, ne munera, & honores, in quibus potissimùm tranquillitas, salúsque publica consistit, ad indignos perueniant. Hæc sunt solidiora remedia. Quæ si maturè applicari possint vulneribus, frustrà iam in cætera inquirimus. Cæterùm dum instruitur exercitus, dum aulæ moles per se grauis mouetur, hyems est, & intempestiua aura nauigantibus. Quippe non aliter Rex in Belgium transportari potest, quàm Oceano. Temerè crediturus salutem suam externis hominibus. Proinde ad media remedia necessitate compellitur. hoc est, de Inquisitione, & edictis, ac præteritorum delictorum veniâ, quid agendum sibi, consideret. Flagitio-

gas ipsos iubeat formulam concipere, transmittendam in Hispaniam, vt de hac quod videbitur Rex constituat.

Hac relatione auditâ, Rex ad Gubernatricem litteras dedit, quibus sententiam suam, in hunc modum commisit. *Domina bona soror mea; Haut alia mihi vnquam mens fuit, quàm vt clementiam cum meis communicarem. Pristino affectui absens non detraho. Nihil equidem negare constitui, quatenus inuiolatus numinis cultus patietur, & conscientia mea. Quod ex litteris hisce satis intelliges. Neque id necessitati tribuo, quam repræsentas; sed naturæ meæ. Malo me gratiæ, quàm vindictæ pœniteat. Atenim Inquisitionem aboleri desideras. Scio quantum momenti postulatis illis subsit. Hæc sunt arma, quæ ex olim in rebelles Ecclesia instruxit. Quibus hactenus dignitatem suam tutata est à sectariis. Maiorum consilia damnare non possum. Neque tamen institutis eorum ita me addixi, vt ab illorum prudentiâ recedere nefas existimem. Ad præsentis sæculi genium*

cogitationem direxi. Imperator pater meus Inquisitionem accepit, quia frenandæ malitiæ Episcopi deerant. Cùm sub incuriâ eorum, qui iurisdictioni præerant, torperet Ecclesia, ad hæc auxilia recurrere coactus est. Nunc inter tot Episcopos eadem tempora non videntur. Facilè itaque persuaderi mihi patiar, Papalem Inquisitionem expungi; modò Episcopalis robur accipiat. Edicti formulam, quam concepistis, planè inutilem esse video. quia sectarij haut aliò spectant, quàm ad libertatem religionis. Quod ex famosis libellis facilè est intelligere. Fœderati verò à Generalium Ordinum concilio edictum exspectant. Sed obsecro, quid bonorum interest, hæ, an illæ rogentur leges? Quippe suopte ingenio ad licita, & honesta feruntur, nec contrà maiorum morem quidquam attentant. In malos autem nulla satis atrocia statuuntur supplicia. Veruntamen vt tranquillitatem ciuium, beneficium meum faciam; recudi leges non recuso. Nec tam diu pressissem consilium

meum

meum, si prouinciarum omnium accepissem suffragia. Absque his nihil noui statuere oportuit. Quippe in leges municipales, aut priuilegia impingere non est animus. Nam si rogandi morem omittimus, bonorum offensa præsto est. Quia nec priora edicta sancita sunt inauditis prouinciys. Et malè leges sciscuntur, quas vsus postea reiiciat. Imo ad exemplum pertinet, semel latas perpetuò custodiri. Cæterùm si constare robur legibus volumus, quædam à iuris communis præscripto exigenda sunt: nempe vt contumaces, anabaptistas, & relapsos ignis compescat. bona verò eorum publicentur, quos gladius extinxerit. Quis enim probare poterit, exules ipsos fortunarum suarum retinere arbitrium? Vsufructus, antenuptialia lucra, hæreditates, & legata ad eos peruenire, quos flagitio suo patriâ expulsos, ciuili beneficio indignos lex fecit? Ius commune has perduellibus pœnas liquidò imposuit. Quarum mentionem in formulâ moderaminis

vestri nullam inuenio. Dubium consilio, an errore. Sed delatores pœnâ, aut præmio ad proditionē sceleris sollicitari non video. Quasi futuri sint, qui sponte volent accusare? nemo gratis subiturus est delatoris inuidiam. Hæc velim eo candore admittas, quo ipso exigo. Nam quod ad me attinet, augendo ærario non studeo. Sed quia publicæ vtilitati conducere arbitror, & ita fieri debere ius commune demonstrat. Edictum anni MIↃXLIX. *idem constituit, nihil tum detrectantibus* Ordinibus. *Neq; interim ad rem pertinere puto, quo pacto obstinatæ mentes frangantur. Potestatem vobis facio, concipiendi formulam; ita tamen, vt religionem mihi, & Maiestatem illibatam seruetis. Quodcumque autem videbitur, quamprimùm ad me transmitte. Præteritorum veniam quam requiris, quantillum profecturam existimem ex hoc conÿcio, quòd Fœderatos spe suâ frustratos videam. Quanquam nec satis accipiam, vtrū ipsos duntaxat Fœderatos, an & Ministros, & sectarios gratiâ quoque*

dignos

dignos iudices. Nolo tamen legibus constringi clementiam meam. De his quod videbitur ipsa constitue, & præteriti furoris veniam fac, pro tuâ prudentiâ, & arbitrio. Vnos tamen condemnatos excipio. Fœderati vero vinculum resoluant, & ad conciones, cœtúsque illicitos dissipandos omnem tibi industriã conferant. Hac demum lege gratiam ratam efficiam. Quò minus ipse iter in Belgium instituam, per imminentem hyemem non licet, deprehensuram me sine dubio in mediis fluctibus. Primo tamen vere appellere statui. Interim si conciones, & conuenticula non cessauerint, Ordinarias turmas, & præsidiarios obijcias. In Fœderatos easdem partes amplexos, conscribe exercitum. Præfecturas delectis attribue. Horum virtus securum me efficiet. Nam & ciuitates ferè in obsequio stant. Et quò fidem illibatam retineant, prætores, & magistratus ad colendum officium litteris exstimulo. quas sine morâ destinandas trades veredarijs. Vale. ex siluâ Sigouiâ prid. calend. August.

Hanc vtique epiſtolam in longum tranſcripſi, non vt moli voluminis aut copiæ conſulerem, quod vnum ſemper vitium maximè declino: ſed vt boni Regis famam calumnijs exonerem. Nemo ſcriptorum eſt aliarum partium, qui nocentem non pronuntiet. Seruitutem, & regnum cogitaſſe mentiuntur. Et quò magis exoſum populo faciant, plura innocentiæ eius maledicta affingunt, præteritis virtutibus, quas mitiſſimi Rex ingenij, ſupra benignitatem candidiſſimas exercuit. In ſacra maiorum (nec immeritò) peruicacior fuit. Hæc ſi adſint, cætera facilè populo condonauerit. Sed ab æquo lectore, ſinceríſque iudicijs, ſaniorem ſententiam exſpecto. Fata erant, quæ Belgas vrgebant. Ad quorum iram auertendam publica vota & ſupplicationes Rex in Hiſpaniâ ſuſcipi iuſſit. Eadem in Belgio fieri mandauit. Litteras quoque ad Proceres dedit, blanditijs plenas. Tempus appetiſſe monens, quo conſtantiam ſuam fidémque

que probarent. Idem quoque magiſtratibus perſcripſit.

Miſſis his epiſtolis, alij, atque alij tabellarij in Hiſpaniam perueniunt, nunciaturi triſtiora præteritis, & afflictæ ſtatum prouinciæ, quo in diſcrimine religio eſſet, quâ in perplexitate rerum Gubernatrix. Denique cuncta feruere diſcordijs, ſub infandâ ſectariorum audaciâ.

Ad hos nuncios indignari Rex cæpit, quòd ſibi populus tam procaciter illuderet. Succinctíſque legionibus ad omnem fortunam opus eſſe ratus, tria equitum, decem peditum millia in Germaniâ conduci iuſſit. Gens armis ſtrenua, ſuâque indole in martem propenſa, plura Cæſari, deinde & Philippo Regi ſtipendia generosè, fortitérque fecerat, in venali fortitudine ignara perfidiæ. Sèd nec recens adacta in Sacramentum vexilla deſtituit, quod tyrones Belgę inter flagitia non numerant. Et cum hodierna

pru-

prudentia statum robur in peregrinis constituat, inter eos Germani, nihil cæteris virtute, nihil affectu concedunt in principem, cuius ære militant. Turmas equitum in hunc modum distribuit. Erijcio Brunswicensi tradita sunt tria millia; totidem Ernesto Brunswicensi. Philippus frater quingentos accepit. Ioanni Bauaro centū quinquaginta; parē numerum Ioanni Willaertio attribuit. Pedites verò in triginta tres manipulos contraxit. Ex his decem cohortes Ioannes Nassouius, totidem comes Euerstenius legerent. Gompenbergium octo præfecit. Waldensingerus quinque iussus est conscribere. Hos sibi Principes mercenarios pridem effecerat. Paucorum annorum debitam pensionem exigentibus persolui iubet, missis in Belgium trecentis aureorum millibus, quantam summam necessitas requireret, & præsens fortuna permitteret. Ex eâdem pecuniâ sexaginta duo millia præsidiarijs, turmisque Belgicis in sex mensium stipendia numerari præcepit. Cæterùm ne Germaniæ dynastæ ad tanti exerci-

exercitus famam, in ſuſpicionem raperentur; neceſſitatem armorum Cæſari excuſauit. Gubernatricem præterea quæ moliretur ſecretis litteris edocuit, Generalia Ordinum comitia differri præcipiens.

Iamque epiſtola quam ante tranſcripſimus, in manus venerat. Nemini dubium erat, Coniuratos malè ſibi conſcios, niſi ex Generalium Ordinum comitijs edicta non paſſuros. Nec mitius aliquid ſperabat Gubernatrix. Itaque Viglium, Bruxellium, & Aſſonuillium ad ſe accerſit ex Priuatâ Curiâ, Barlaimontium, & Hachicourtium adeſſe vnà iubet. Soli enim ex Proceribus aulam inſtruxerant. Deliberare eos iubet, quid ſibi ſtatuendum de voluntate Regis; infirmo, vt videbatur, in præſens remedio. Illi commodiùs de his relaturam dicebant xv. cal. proximas, in communi Procerum concilio. Abſentibus ijs de tantâ re ſtatui nihil debere. Nam ſi infelicem exitum haberent litteræ, omnem inuidiæ molem in ſe vndaturam. Probatâ ſententiâ, epiſtola magis non publi-

 catur

catur, quàm supprimitur. Iam quoque ea, quæ scripta erant ad aures Coniuratorum peruenerant; præcipuè indignantium, quòd nullam comitiorum mentionem epistola præferret, quæ tam profundè imbiberant. Credebant enim absque his tutò sibi caueri non posse. Et pro repulsâ interpretabantur, quòd Rex non scripserat. Itaque nouis tumultibus visum est opus, & atrociori scelere extorquere, quæ Rex sine scelere indulgere non poterat. Interceptæ sunt à Gubernatrice Tornacensium epistolæ, quibus significabant Coniuratis, vt illico ad se mitterent, quid postremis eorum postulatis respondisset Rex Philippus, alioquin quæ destinassent strenuè effecturos. Vnde facilè est conijcere, ex Coniuratorum instinctu transactum esse sequens facinus, qui sectarijs tanquam instrumentis ad flagitia abutebantur.

Initium Iconomachia. Ergo postrid. idu. Aug. proruptum est in apertum sacrilegium. Compositionem sceleris referre non possum. Nemo enim in tanto con-

conſenſu auctores meminit. Sunt qui auſpicia Tornacenſibus imputent; & ab his ſubmiſſos, qui perditiſſimorum audaciam pecuniâ conducerent. Ego verò vt non vnum aliquem populum, ita iniuriam temporum accuſare non deſino, mutationem rerum portendentium. Trecenti circiter numerati ſunt, qui ſacrilegiorum licentiæ viam aperuere. Obſcura fæx, & vappa populi. & inde in audaciam pronior, quia occulta. Quorum vnum, etſi maximè nefas, ne nominare quidem poſſim. Homines ſine tribu, ſine nomine, finibus Audomarenſium egreſſi, mortalium omnium notitiam amiſerant. Sed Monaſteriorum opibus auidiſſimè inhiantes, primùm omnium abbatiam Wuluerghemiam, haut procul Curtraco ſitam, hoſtiliter diripiunt. Clauſæ erant in eâ virgines ſacræ. Ipſa ſolitudo loci, ſexúſque naturalis imbecillitas, Iconomachorum audaciam erexerat. Hoc ſceleris auſpicium fuit. Imbutæque ſemel ſacrilegio manus, nihil furori poſtea reliquum fecere. Calcare ſacra, aras euertere,

inſultare imaginibus, ornamenta abſumere flammis, violare ſepulchra, oſſibus defunctorum illudere. Mira prorſus & abominanda crudelitas. Quaſi parum facinoris in ſuperos admitterent, etiam manes laceſſere ſuſtinebant. Nunc demum intelligimus, quanto poſteritatis damno eraſerint litteras, maiorúmque inſignia, marmoribus inſculpta, quorum nunc veſtigia aberranti ſæpe coniecturâ multorum ingenia curioſè perſequuntur, aut à famâ memoriam requirunt, nullo certo auctore ſubnixam. Neque hunc furorem catholici tantùm deteſtantur: ſed etiam quiſquis aliarum partium liberalibus artibus ingenium excoluit. Iconomachorũ tamen non intererat quid poſteritas amitteret. Per omnem illam oram graſſati ſunt in templa. cæteríſq; ad eadem audenda exemplũ præbuere, facilè ſequentibus, quod timebant incipere. Diceres ergo incendium per rura diſcurrere. Ita confeſtim, & ſine morâ obſcuriores aliquot pagos, pari audaciâ in Caſletanâ regione, pertentant Sectarij & Miniſtri in

parti-

partibus. Inde ſtatim Bellam corripiunt. Cæterùm Bellæ monaſterium erat, quod ex Prioratu Carolus Cæſar in Abbatiam extulerat, tranſlatis eò monachis D. Ioannis Teruanenſis Benedictini Ordinis. In hoc Diuus Antonius peculiari religione colebatur à populo. Vota quoque pendebant de pariete, ſanctitatem loci teſtantia, quam multorum annorum donaria celebriorem effecerant. Argenti ingens modus altaria inſtruebat, cultúſque ad magnificentiam ſacrorum exacti. Hæc ſectarij religionis odio, ſeu prædæ cupidine, ſceleratâ pietate furijs conſecrant. Non ſacro, non profano manus abſtinent. Sedibus ſuis Monachos exturbant. Nihil intactum, nihil integrum relinquunt. Ornamentis ſacrorum abutuntur ad ludibrium, calicibus ad temulentiam. Et ne catholicæ religionis memoriam relinquerent; bibliothecam flammis abſumunt, multorum annorum labore, atq; impendio inſtructam; & in hac multa clariſſimorum ingeniorum monumenta, quibus adhuc typi lucem negauerant

 rant

rant. Omnia prorſus veſtigia prioris ſæculi abolere decreuerant, vt nouitatem ſuam imputarent antiquitati, aptatóque mendacio, fabuloſæ origini apud poſteritatem illuderent. Nihil ab infeſto Chriſtianorum hoſte immanius exſpectes. Planè vt iam non ſit, vnde ſuccenſere Barbaris iure debeant. Igitur omnia quæ reperiebantur, aut rapta, aut conſumpta erant. Auaritiam tamen ſatiare non poterant. Sparſas per agros locupletum domos prædabundi irruebant, cultum eccleſiarum abſcondi ſimulantes. Quæ res multorum iram, rixáſque prouocauit. Adeò vt quidem exprobrarent Miniſtris, nihil aliud ipſos, quàm latrocinandi licentiam ſub laruâ pietatis aperire furentibus. Et certè non aberrauerant à vero. Et Miniſtri pudore victi, ad declinandam inuidiam, aurum omne, & argentum templorum æditituis iubebant reſtitui ſub inuentario; cæteroquin vt in furem ſe animaduerſuros. Fuere tamen qui abſtruderent, & in crucem ſub-

ſublati exemplum fecere. Ea res auaritiam cohibuit. At ne ſimili licentiâ in poſterum graſſarentur; non diſperſi, & palantes vt anteà; ſed conferti, ac compoſito ordine iter inſtituunt. Primi ibant Iconomachi cum bipennibus, cæteríſque inſtrumentis, obuia quæque fana inuadere, & ſi reſiſteretur, fores dolabris perrumpere iuſſi. Miniſtri duo proximè ſuccedebant, homines nullo ſtudio exercitati. In eam prouinciam ex ſutrinâ vel textrinâ ſurrexerant. Populari tamen facundiâ, & miſcendis ſeditionibus validi apud multitudinem, crebris contumelijs in imagines debacchabantur. Poſt illos veniebant Diaconi, & ſeniores; quos immenſa ſequebatur multitudo armis exculta. Hoc modo Stegram peruentum eſt. quos Gallicus ibi Miniſter magno gaudio excepit. Inde Weruicum, & Menimam, & Waſtenum, & circumiecta populati; ecce Meſſenenſem abbatiam,

miserabili vastatione diripiunt. Nec Flandriâ contenti, prætereunt Lysam flumen, & Insulensium aliquot vicos sacrilegio fœdant. Donec omnem iram effunderent in Marquettense monasterium. Hinc Seclinium versi, ab accolis excipiuntur, qui ex finitimis vndique pagis ad tutandam templi religionem armati conuenerant. Multi Iconomachorum ferro cæsi, alij præcipitati in paludes, obscœnum spiritum in cœno euomuere. Ad Rassegemium quoque fama delabebatur. qui mox superuenit cum militibus: Sed aduentum eius subitâ fugâ sectarij præuenerant. Et sic ibi aliquando rabies stetit: vt in Flandriâ rursus atrocius insurgeret, quam non satis habuerant miserrimè semel afflixisse. Vix Normannorum olim tanta fuit vastatio. Quadringenta & amplius templa triduanus furor absumpsit. Nec adhuc tamen oppida pertentauerat. Hoc vnum deerat publicis malis. Manebat ibi adhuc aliqua magistratuum reuerentia: cùm econtra in municipijs, vicísque, & pagis sine metu

licentia

licentia grassaretur. Donec & oppida ad vltimum cessere.

Cæterùm Egmondanus ad primum Iconomachorum tumultum Ipras processit, vt auctoritate nominis sui ciues contineret in pace. Habebat in comitatu Flandrorum præcipuos. His auctoribus edictum promulgat, quo externi in ciuitatem recipi prohibebantur. Salutaris haut dubiè lex: sed absque armis exerceri non poterat. Et interrogantibus Egmondanum magistratibus, num templa tentantibus vim inferrent; contraxit humeros in ceruicem, mandatum sibi non esse respondens. Mox inde se Bruxellam recepit ad concilium. Plerisque multùm irridentibus, quòd aduersùs rebelles, & vim publicam molientes, custos & moderator prouinciæ mandatum requireret. Exspectandum illi mandatum fuisse, cùm Grauelingam iuxtà, temerè pugnam ciens, propè in discrimen attulit fortunam publicam. Bonos ergo desperatio cepit. Multi enim haut immeritò suspicabantur ea quæ acciderent,

ſponte, vel fraude Procerum euenire. Malis autem aucta eſt alacritas. Et ex aliâ parte, gaudebant flagitijs Iconomachi. Nec tam Miniſtros, quàm prædam ſectantes, proximam quamque ciuitatem rapinæ deſtinant. Plures furentibus cottidiè aggregabãtur. Corrupta enim erat latius regio, & ſuperſtitionis ſuæ vindex vnuſquiſque videri volebat. Raptim igitur Abbatiam Bellopratenſem, haut procul Ipris, inopino tumultu corripiunt. Inde à ſectarijs ex compacto acciti ſunt in ciuitatem nemini clauſam. Vi, & licentiæ leges ceſſerant. Obſtupuere magiſtratus ad hanc turbam, & quid actura eſſet exſpectantes, alienam ſtultitiam immoti contemplabantur. Parum videbatur in plebe opis eſſe. Maior pars occultis ſtudijs fauebat Iconomachis. Quibus ſe obſcuriſſimus quiſq; ſtatim applicuit. Itaque cùm nemo obſtaret, funeſtæ pietatis crudelitatem licenter exercent. Ordinem ſceleris non inuenio. Totus tamen dies per ſacrilegia conſumptus eſt. Nec in delubris amplius reſtabat, quod polluerent: cùm deſertum

tum episcopi palatium; canonicorúmque domos vi perrumpunt, & tanquam in captâ vrbe, bonis insultant. Inde tandem digressi, totam illam regionem impunè peragrantes, proximos Franconatus pagos pari audaciâ funestant. Vlterius progredi metus prohibuit.

Auriacus hactenus Antverpienses tenuerat in tranquillitate, lætissimis auribus accipientes, quæ in Flandriâ acciderant. Quorum successu ad paria scelera animati, sordidissimorum hominum audaciam pretio sollicitant. Et inuenti sunt, qui in diurnum solidorum decem stipendium locarent operas suas ad flagitium. Encœniorum tempus erat, decimo octauo mensis Augusti. Tradito à maioribus more, totum hunc diem impendere lætitiæ publicæ. Populus ad hilaritatem effusus, vel temulentiâ marcet, vel spectaculis oblectat ingenium. Multi quoque mortales ex proximis vrbibus, pagísque ad solemnia confluunt. Magnâ pompâ supplicatio instruitur, quam longa personarum series, in historiam circumducta, exornat.

Ciues armati procedunt, cultu ad magnificentiam exacto. Post eos geminus sacerdotum ordo, in candidâ veste, & dalmaticis. quos B. Mariæ simulachrum sequitur, suppositis sacrificorum humeris sublatum. Peractâ pompâ, non statim cellæ suæ imago redditur. Sed collocatur in testudine templi, & in octauum diem pietatem populi exspectat. Is tum sacrorum ordo fuit. Ciuibus ergo ad spectaculum intentis, fuere qui prætereuntem statuam scurrili cauillo exciperent, clarâ voce obstrepentes, Mariola Fabri (ita enim appellabant à B. Iosepho, qui faber fuerat) hunc honorem tibi inter supremos numera. Quibus auditis mussabant inter se catholici. Sed ante alios sacerdotes excanduere. Iámque quod euenit, præsagientes animo, sacrosanctam statuam vesperascente die cellæ includunt. Forte iuuenes à sectarijs conducti ludebant in templo. Notantésque sibi simulachrum è testudine subductum: vnus aliquis scurrilem captans voluptatem vociferari cœpit, num timeret sibi Mariola, quod

tam tempestiuè concessisset in cellam. Per fidem, inquit, si *Viuant Geusij* exclamauerit, vt omnes exaudiant, spondeo innocentem in sede mansuram. Cæterùm pro latere templi lignea cellula erat. in quâ sedebat anus libitinaria, cereolos vendens, quos supplex muliercularum pietas ferrato candelabro in donarium compresso pollice affigere consueuerat. ollam præterea habebat, & in eâ absconditum cineribus ignem, extinctis faculis promittentem lumen. Dum ergo iuuenes petulantius rident, cultúmque diuorum infamant contumelijs, quidam ex illis anum accessit; & rogo, inquit, mater, ilicet hinc i, rerum tuarum commercium interit. Secundum hanc vocem irata anus, præteritísque verberata contumelijs, in loquentis os ollam excussit. quam effusissimus omnium risus sequebatur. Nec procul ab exitu stabant furiosa consilia; cùm in proximo obambulans Prætor, ad rixantium clamorem cum stipatoribus processit in templum, cunctísque excedere iussis, minacibus verbis vltus est suũ

ſupercilium. Irati iuuenes maiorem nautarum colluuiem accerſunt, rurſúſque in templum armati perueniunt. Pſalmos more ſuo cantare exorſi, ijſque peractis, *Viuant Geusij* vociferari incipiunt. Ad quem ſonum veluti Berecyntiâ tibiâ in furorem vertuntur. Principio quidem lampadem deijciunt, quæ de tholo ſuſpenſa, noctes diéſque vigilabat cum lumine. Aras deinde, & imagines proſternunt, & tot ſæculorum ornamenta. Horret animus ad memoriam. Multæ antehac hæreſes libauerunt pacem Eccleſiæ. Sed animorum poſſeſſione contentæ, picturis, cælaturíſque pepercere. Hæc vna exoriens, omnium ante ſe ferociſſima, ingenuarum artium monumenta ſuſtulit, ipſiſque ingenijs bellum fecit. Centum non amplius erant, qui tantum facinus adorti ſunt. Duarum horarum ſpatium furori indultũ. Mox calentes iras ad monaſteria tranſferunt, prælucentibus faculis, quas impijs manibus eccleſijs ſubtraxerant. Franciſcanos reſiſtere auſos, pluribus vulneratis in fugam

con-

conijciunt. Et nemo postea insanos suffla-minauit. Per omnia templa liberè vagaban-tur, impetum festinantes, vt ante auroram sa-crilegium perficerent. Quidam hæc XIII. cal. acta tradidere. quibus ego quoque accedo. Siquidem Auriaco absente contigisse con-stat. At ille quidem cum vxore, & Ludouico fratre publicam pompam spectauit, eádémq; vesperâ frequentauit conuiuia. Sed in tantâ scriptorum varietate, exacta temporum ratio haberi non potest. Parum refert quando a-ctum. Omnes consentiunt in historiâ. Cæte-rùm Iconomachi scelere audaciores, expertí-que quàm inultè peccassent, primâ statim lu-ce feruntur ad abbatiā S. Bernardi, secundo fe-rè ab vrbe lapide. Nemo adhuc ex ciuibus audebat arma opponere, subitæ audaciæ tor-pore correptis. Consensum vrbis latius metu-ebāt. Tantū stabant attoniti in liminibus suis, alter alterum quærentes ecquid vidissent. Pro-uectior dies, nocturnæ tragediæ calamitatem aperuit. Iacebant vndiq; imaginū fragmenta, & maiorem, quàm pro damno speciē fecerant.

Erant

Erant qui maiorum donaria, erant qui sua agnoscerent. Metus deinde inualescere cœpit, ne locupletissimorum ædes Iconomachi corriperent. Sed illi S. Bernardo reuersi, rursùs se recipiebant in templum B. Mariæ, funditùs euersuri, quidquid præteritus furor intactum reliquerat. Itaque ingentem detrahunt crucem, & in eâ pendentem Christi statuam, ad humani mensuram fastigij figuratam. Antonij Helmontij opus erat, cuius nobilissimam artem etiam in reliquijs colimus, atque infra pecuniam voluptas taxauit. Quippe harum rerum pretia, non ex ementium commodo, sed pro cuiusque voluptate, aut curiositate extenduntur. Sed in eo scelere occupatis, Prætor superuenit; adiutus bonorum studio, quos indignitas sceleris in vltionem acuerat. Nihílque tale exspectantes coniecit in vincula, ac paullò post in crucem sustulit. Senatus ius suum expertus, palam edixit, templorum spolia deferrentur in publicum. Idem quoque Ministri iubebant. Qui agrariâ licentiâ iam non con-

contenti, concionum nouitatem in vrbem traduxerant. Eminebat inter eos turbulentus ille Hermannus, è Flandriâ accitus ad concitandos torpentium animos, eâ tempeſtate facundiâ vberrimus. Et ille ſtatim Cathedralem Eccleſiam B. Mariæ concionaturus arripuit, ſuis eam deberi contendens. ambitione Caluiniſtarum, numero & furore præſtantium, & nunquam ſatis patientium in ſecundis conſiſtere. Accidit quidem parua res, memoriâ tamen non indigna. Fortè Miniſtrorum quidam monaſterium S. Claræ concionaturus intrauit. Claudebātur in eo virgines, quæ ex ſeueriſſimâ diſciplinâ ſanctiſſimis moribus vitam inſtruxerant. Ad conſpectum Miniſtri, omnes quaſi fulmine ictæ procidebant in terram, proniſque perſeuerabant iacere capitibus. cùm ille attonitus, ſeu propriâ conſcientiâ, ſeu nouitatem facti ſtupens, vocem non inuenit. & ab aſtantibus dicere iuſſus, cùm ſemel, iterumque fruſtrà tentaſſet, pudore correptus monaſterium deſtituit. Sed non cæteri Miniſtri tam ſegniter

agebant. Vacuam templorum possessionem tanquam suam prædam rapientes, catholicæ religionis exercitium vndique excluserant. Indignum id magistratibus visum. Propositoque edicto, sectarios abstinere templis, suámq; catholicis possessionem restituere iubent. Permoti his Ministri, & quanquā suorum peruicaciæ viribúsq; confiderent, non audebant tamen palam contradicere. Videbant se potissimùm vapulare sub Iconomachorum inuidiâ, & pręteriti sceleris suspicione vrgeri. Senatum itaque adire placuit. In curiam admissi templum sibi concedi postulant ad diuinum officium Nihil suâ culpâ factum ab Iconomachis, testabantur. Stimulis religionis actos esse. nec in potestate suâ fuisse pietatis zelum comprimere. si catholici temperarent ab iniuriâ, in potestate se magistratus futuros. Senatus in hoc rerum articulo dissimulandum sibi ratus, benignè respondit. Non esse in potestate suâ de tantâ re statuere Auriaco absente. gratiam futuram quam ille dixisset. Post pauculos dies reditum promittere. Æquum inte-

interim esse, pristino cultui delubra restitui. Hac spe deiecti, omnem tamen fiduciam in Auriaco reponebant. Excessurósque se templis denunciant.

Sed non ideò reliquæ vrbes quietem fouere. Siluæducenses eodem tempore haut absimili rabie in templa sæuierunt. Inde latè, & passim per omnem Campiniã, nec per vices, sed simul & vno quasi impetu diffusum est incendium. Brædæ, & Bergæ-ad-Zomam ad lassitudinem spoliata sunt templa. Lirani ad Iconomachorum propinquantium famam, subductis imaginibus, in vacua delubra furentes admisere.

Aldenarda vt prima inter Orientalis Flandriæ ciuitates cõcionandi licentiam in publicum extulerat, ita quoque prima nefarias manus sacrilegio polluit. Nouem Iconomachi intrauerant vrbem, à Bacquerelio quodam mercatore cõducti. Tantillus hic numerus sceleratæ pietatis ducatum præbuit, populúmque traduxit in partes. Cuius rabies nõ ante finem accepit, quàm deesset in templis quod profanarent.

Gandauenses ex aliâ parte, alieni furoris successum speculabantur. Satísque constabat, non quieturam multitudinem, si vel propiùs se admouisset Iconomachorum agmen, vel imparatam vrbem sectarij aspicerent. Multa furoris indicia eruperant. Magistratus, vt par erat, anxius, ex aduerso struebat consilia. Optimates omnes cum tribunis plebis vocat in curiam, sciscitaturus, quâ potissimùm ratione Iconomachorum furias à se auerterent. Non vanâ se coniecturâ augurari, mox in procinctu futuros. Militare præsidium accersendum esse, aut si sua ipsi tueri mallent, solemni sacramento obstringendam esse ciuitatem in Iconomachorum perniciem. Optimates professi sunt futuros se in potestate magistratus. Idem factum à tribunis. Nam & hi ex Optimatum numero eligi consueuerant, ex quo Carolus Cæsar rempublicam à populo ad primores transtulerat. Dato igitur Sacramento, iussi sunt tribuni legē iurisiurandi deferre ad multitudinem. Sed hìc animi in diuersa trahebantur.

Inclamantibus passim & vndique sectarijs, saluâ pietate sacramentum dari non posse. Existimare se, Iconomachos iure facere. Neque vnquam effecturum magistratum, vt vim inferant pietatem colentibus. Summa itaque turbatio fuit, neutris inuicem cedentibus, & quibus pristinæ religionis affectus inerat, & quibus odium. Pauidi interim sacerdotes ornamenta templorum, & quidquid sacrum sanctúmq; transferebant in arcem. Priuatis quoque gentilia donaria efferre permissum. Silebant tristi iustitio fora & leges. Silebant cæremoniæ & sacrificia. Ne prouinciale quidem Concilium solita munia vsurpabat. Captam esse vrbem diceres. Pauidis cæteris, & quò tandem res euasura esset exspectātibus, Sectarij quod prauâ mente conceperant, perficere constituunt. Nec vltra metus aut contatio; quia timeri se conspexerant. Itaque XI. cal. Septemb. sordidissima multitudo in globum collecta, Ioañem & Læuinun Ongena cum Claudio Goetghebure dimittit ad prætorem, denunciare iussos,

mandatum ſibi à Proceribus imaginum excidium, cæterarum vrbium exemplo: ſi nemo obſiſteret ſine noxâ fore: ſin arma opponerentur vi acturos. Proinde ſi tranquillitati publicæ conſultum vellet, lictores ſibi aliquot ſtatueret in cuſtodiam. Obtorpuit ille ad hanc vocem, irámque multitudinis irritare veritus, ſatellites præſidio ire iuſſit, ſub publicâ auctoritate licentiùs graſſaturis. Propter Templariorum fanum ingens ſtabat manus, facinori parata, & reſponſum opperiens. Claues templi exigentibus, viſis lictoribus æditaus fores aperuit. Quadringenti omnino erant, qui mercenario opere deſtituto ex omni parte affluxerant. fæx & purgamentum ciuitatis, in hanc amentiam à ſectarijs ſubornatum, ne quid ſacrum oculis occurreret.

Ex his triginta in aras, imaginéſque ſæuiebant; cæteri cum iuſtis armis ad defenſionem conſederant. Inde ad Auguſtinianos, ad Carmelitas, poſteà Dominicanos calentes iras

trans-

transferunt. Augescente licentiâ, egentissimus quisque ex plebe ad prædam confluebat; nullóque obsistente irrumpebat monasteria. Sacerdotes, & religiosi secesserant in tutum. Penum ac cætera prædæ exposuerant. Magistratus torpore pauidus, finem malorum opperiebatur. Et dum boni timent, pessimus quisque impune furebat. Iam non vno agmine: sed in partes distracti, alij Nigrarum monialium, alij Agnetensium, plures sancti Michaëlis fana deuastant. Quippe Sanctæ Pharaildis delubrum in transitu contaminauerant. Post hæc rursus in vnum conueniunt; iunctóque agmine Carthusianos aggrediuntur. Quippe eâ tempestate extra muros ciuitatis in vico Royghemio domicilium constituerant. Hinc regressi Beginas, Xenodochium, Ackerghemium, Deinsam, Bylocam, Gallilæam, Goenenbrillam corripiunt. Ac tum demum in cathedralem ecclesiam Sancti Bauonis, feruentes sacrilegio manus intemperanter inferunt.

Intempesta nox erat, & restabat adhuc quod polluerent. Correptis igitur faculis, ad sancti Nicolai, sanctíque Iacobi templa decurrunt. & inde mox in sancti Petri abbatiam, monachorum fugâ destitutam. Multa ibi nefanda fecerant: Franciscani tamen vt omnium vltimi, ita extremâ rabie afflicti fuere. Quibus rebus senatus permotus, postridie rursus Optimates, cum tribunis plebis ad se accersit. Quippe ciuitatem à violentiâ diutius tueri non poterat inermi consilio. & atrociora sectarij minabantur, afflicturos se diuitum domos, iustitiam & tribunalia euersuros. Prætor quantum militum subitis delectibus posset, iussus est conscribere, fora quoque & vicos vigilijs insidere, tutísque præsidijs firmare monasteria. Quatuor duces manipulis præpositi, Franciscus Wychuyse, Antonius Stoppelare, Franciscus Pascharis, & Arnoldus Boessius. Edictum extraneis vrbe cederent. Cruces in foro ad terrorem eriguntur, denunciatâ morte sanctitatem templorum vio-

lare

lare audentibus. Sed iam Iconomachi portis excesserant. Per pagos vicósque liberrimè vagabantur. Non enim habebant qui furori eorum auderet intercedere. Nec iam dubitabant oppidis quoque vim inferre, multitudinis conscientiâ freti. Sed magistratibus ad prouidendum tempus dederant. Alosti, Teneramondæ, Cortraci à custodibus excluduntur. Clausas quoque portas Brugis inueniunt. Multi quidem in eâ ciuitate nouitatibus capiebantur: bonorum tamen numerus præualuit. Et miles nuper conscriptus, obsequium fidémque colebat.

IX. cal. Septem. Valencenenses peruertuntur. aliquantò serius, quàm pro ciuium ingenijs. Noircarmius, vti diximus, huic vrbi præfectus erat, egregiâ in regem fide & obsequio clarissimus. Ad primam erumpentium concionum famam Valencenas properauit. Sed cùm sine armorum metu, ciues in officio continere non posset, Bruxellam festinat ad corroganda auxilia. Interim Ministri superciliosâ auctoritate plebem exstimulant in

rijs pecuniâ corrupti erant in paratu facinoris. Vnde enim Iconomachis tanta fiducia, vt manipulis ipſis inſpectantibus tam licenter ſæuirent in templa ? & non vindices timerent, quos in ſe potiſſimùm conſcriptos cognouerant? Delubrum B. Mariæ primus graſſantiũ impetus contaminauit. Rapta & fracta ſunt omnia, quibus auaritia, & vis pares eſſe poterant. Tum denique viſcera terræ ſcrutari incipiũt. Quippe canonici impendentẽ tempeſtatem proſpicientes, aurum omne, atq; argentum, & opulenta ſigna, cum pretioſiſſimo cultu humi defoderant. Et hoc ipſum, neſcio quo prodente ad ſectariorum aures allapſum erat. Forte accidit, vt Adolphi Geldriæ ducis ſepulchrum perfringerent, eruentes è conditorio cadauer, quod per tot annos, in hunc diem illibatum ſeruauerat vnguentorum ſuauitas. Itaque tanquam non ſatis pœnarum viuus pependiſſet, reliquijs eius per ludibrium inſultant; indignum humo clamantes, qui violare eum ſuſtinuiſſet, per quem in humum venerat. Ille quidem per ſummum nefas ſcele-

ratas olim manus patri iniecerat. egerátque se auctorem facinoris, cuius ipse in alios vindex esse debuerat. tantóque immanius facinus visum, quòd nullâ aliâ causâ exstimularetur, quàm vt sceptrum, quod exspectare debebat, seni eriperet. Ergo vt insignia maiestatis viuenti extorqueret, prope parricida extiterat. Inualidum quippe senem, & vix firmantem vestigia, per aliquot milliaria, nudis pedibus in carcerem protraxerat. Posthæc ab eodem exhæredatus, cùm succedere tentasset, Carolus Burgundiæ dux pari supplicio iuuenem affecit, multósque annos, diris vindictam exigentibus, in custodiâ habuit Cæterùm Carolo sublato, à tumultuantibus Gandauensibus dux constitutus, aciéque victus, ac cæsus, Tornacensibus humandus traditus fuerat. Daturus exemplum posteritati, nunquam satis idoneo supplicio expiari parricidia. Interea Tornacenses diebus aliquot per scelus exactis Valencenensibus sociantur; iunctóque agmine circumiectos pagos pari immanitate
vastant

vaſtant. Vrbs Orciacum in proximo erat. Adoriri hanc conſtituunt improuiſo facinore. Sed Raſſegemius, inductis in eam agricolis, tutam reddiderat. Oppugnare non auſi, iter flectunt, & S. Amandi, Marchiani, & Haſnonij abbatias corripiunt. Vicognij præterea ſpecioſam bibliothecam flammis conſumunt, quam multis ſæculis cumulauerant monachi, & vt in illâ ætate memorabilem fecerant. Et ſic ibant vlterius, Aquicinctenſem abbatiam vaſtaturi. Sed ibi eos Robertus Longeuallius Dominus de Tour, & Fridericus Guyonius territorij prætor armati exſpectant. Ingentem circa ſe habebant agricolarum manum, ex proximis vicis pagíſque collectam. Multâ cum ſtrage in ſectarios inuecti, diuerſis itineribus diſſipatos interficiunt.

Nec ceſſatum eſt in Hollandiâ. Sed piget curioſius inquirere in tot facinora. Brederodius turbulentiâ ingenij apud plebem validus, Amſterdamenſes, & Viannenſes facilè concitauit. Quorum audaciam Vltraie-

ratas olim manus patri iniecerat. egerátque ſe auctorem facinoris, cuius ipſe in alios vindex eſſe debuerat. tantóque immanius facinus viſum, quòd nullâ aliâ causâ exſtimularetur, quàm vt ſceptrum, quod exſpectare debebat, ſeni eriperet. Ergo vt inſignia maieſtatis viuenti extorqueret, prope parricida extiterat. Inualidum quippe ſenem, & vix firmantem veſtigia, per aliquot milliaria, nudis pedibus in carcerem protraxerat. Poſthæc ab eodem exhæredatus, cùm ſuccedere tentaſſet, Carolus Burgundiæ dux pari ſupplicio iuuenem affecit, multóſque annos, diris vindictam exigentibus, in cuſtodiâ habuit Cæterùm Carolo ſublato, à tumultuantibus Gandauenſibus dux conſtitutus, aciéque victus, ac cæſus, Tornacenſibus humandus traditus fuerat. Daturus exemplum poſteritati, nunquam ſatis idoneo ſupplicio expiari parricidia. Interea Tornacenſes diebus aliquot per ſcelus exactis Valencenenſibus ſociantur; iunctóque agmine circumiectos pagos pari immanitate vaſtant

vaſtant. Vrbs Orciacum in proximo erat. Adoriri hanc conſtituunt improuiſo facinore. Sed Raſſegemius, inductis in eam agricolis, tutam reddiderat. Oppugnare non auſi, iter flectunt, & S. Amandi, Marchiani, & Haſnonij abbatias corripiunt. Vicognij præterea ſpecioſam bibliothecam flammis conſumunt, quam multis ſæculis cumulauerant monachi, & vt in illâ ætate memorabilem fecerant. Et ſic ibant vlterius, Aquicinctenſem abbatiam vaſtaturi. Sed ibi eos Robertus Longeuallius Dominus de Tour, & Fridericus Guyonius territorij prætor armati exſpectant. Ingentem circa ſe habebant agricolarum manum, ex proximis vicis pagíſque collectam. Multâ cum ſtrage in ſectarios inuecti, diuerſis itineribus diſſipatos interficiunt.

Nec ceſſatum eſt in Hollandiâ. Sed piget curioſius inquirere in tot facinora. Brederodius turbulentiâ ingenij apud plebem validus, Amſterdamenſes, & Viannenſes facilè concitauit. Quorum audaciam Vltraie-

ctini ſtatim, & Lugdunenſes imitati ſunt. Prouincialis concilij reuerentia Haghenſes aliquamdiu in modeſtiâ continuit Iconomachis ad extremum vulgantibus, mandatum ſibi à Proceribus templorum excidium, permiſſi ſunt inſaniæ ſuæ; quia reprimi ampliùs non poterant. Delfenſes ſacro cultu, & imaginibus ſubductis, nuda altaria furentibus expoſuere. Induſtria conſulum Dordracẽſes & Goudanos à furore cohibuit. Harlemũ, Rotterdamũ, & Gorcomiũ neſcio ſanè quâ felicitate, fatalem illam ſtragem euaſere.

Nutantem Friſiam Arenbergius acerrimè cohibebat. Sectarij tamen contineri non poterant; arte & impulſu Coniuratorum, res nouas vndique molientium. Leewardæ igitur, & Groeningæ ira multitudinis in ſacra incubuit.

Geldria penè tota pro religione ſtetit, Megemi ſollicitudine. Nec deerat Culẽburgius, mobiliſſimum quemq; Neomagi tentãdo. Cæterùm magiſtratus conatibus eius prudẽter occurrit, vrbẽ excubijs firmans, & exulare iuſſis, quoſcumq; nouitatibus deditos perceperat.

At

At Zeelandi haut tardè desciuere, initio à Vlissingēsibus,&Campuerensibus orto.Cum Optimates cum episcopo haut segniter Middelburgi resisterent, valentiorum impetu ad vltimum succubuere.

Jn reliquis prouincijs nihil irarum. Bonorum numerus malitiam supplantauerat. Cameraci quidam IoannesClericus ad confessionem Augustanam prouocare ausus multitudinem, stultissimam vecordiā capite expiauit.

Horum omnium ignara adhuc fere Gubertrix, securè contrahebat Proceres in concilium, quod fortè tunc solemne condixerat. Venere ergo in curiam Auriacus, Egmondanus, Mansueldius, Hornanus, Arenbergius, Hoochstratanus, Barlaimontius Hachicourtius, Noircarmius, Viglius, Bruxellius, & Assonuillius. Recitatæ sunt sedentibus epistolæ, prid. calend. præteritas à Rege missæ. Adduntur his mandata, quæ Bergensis & Montignæus in Hispaniam detulerant. Crebrior sententia fuit; *Transactum esse vtcumque de conditionibus, quas exegissent Coniurati. Inquisitionem quippe sublatam esse.*

Quid

Quid de legibus Rex censeat, ex eo satis intelligi, quòd ad examen Concilij Status reuocari iusserit. Arbitrium eius exspectari de Generalium Ordinum comitijs. Hæc priori libello dequestos esse Coniuratos. Posterioribus codicillis cautionem securitatis postulasse. Nec eà in re difficilem se præbuisse Regem. nisi quòd intra paucas condiciones esse voluerit, quæ nihil pertinerent ad Coniuratos. Eos itaque primo quoquo tempore securos reddi oportere, vt resoluant fœdus, sub cuius fiduciâ populus tam pernitiosa inciperet. Cæterùm de fomulâ cautionis aliquantisper variatum in senatu. Quidam enim diploma abolitionis tradendum censebant. Sed paucorum assensu audita est hæc sententia. Abolitionem enim non concedi peccasse se negantibus. Gubernatrix quoque suffragium his adiecit, iussitque Auriacum, Egmondanum, Hornanum, & Assonuillium in quem putarent modum, cautionis tabulas concipere. A Proceribus deinde remedium quærere cœpit in

præſentium turbarum incendia. Tum quidam ex his diutiùs non preſſere ſtudia ſua. *Sectarijs aliquid indulgendum*, dicebant: *inclinatam rem aliter ſiſti non poſſe. Validiſſimas ciuitates nouitatibus acceſsiſſe. E tranquillitate futurum, ſi ſacrorum ſuorum cultum his permitteret.* Gubernatrix tantum ſe facinus negabat facturam. *Quis deinde*, inquit, *in officio manſurus eſt, ſi hanc ſemel licentiam aperuero? An non aliæ ſtatim ciuitates eruptura ſunt in eandem inſaniam?* Ad hæc renidens Auriacus, *facies*, ait, *Domina, quod placebit. Aptiorem tamen medicinam non inuenies. Hæc nobis remedia maiorum prudentia deſcripſit. Atque vt optima eſſe credamus, præteritorum ſæculorum tranquillitas experta eſt. Hac arte Græci pacem tutati ſunt, inter tot religionum diſcrimina. Hi mores Turcas continent, Germanos, Polonóſque tranquillant. Niſi forte mauis inter ſe collidi prouincias, funditúſque euerti quidquid præteritus furor reliquum fecit. Vides quantis viribus ſectarij ſuccincti ſint. Du-*

 centa

centa armatorum millia in nos promittunt. Quorum numerum, vt de industriâ augeant multi, magnum tamen vel ex mendacio esse conijcio. Tutiùs igitur est exarmatos illos relinquere insaniæ suæ; quàm vt contumaciâ accensi, atque omnia polluentes, dissensione populi abutantur ad tumultus, ac mutandi status occasionem arripiant, traditurì se regendos externis principibus. Diriguit Gubernatrix ad has voces. Ingentíque suspirio pectus concutiens, dimisit vultus in terram cogitabundæ similis; receptóque animo, *quomodo*, ait, *tantum admittam piaculum? Egon' hisce oculis irreligionem aspiciam, contempto Regis mei imperio? Si fatis ita videbitur, extingui malo in innocentiâ meâ, & innoxium cœlo transcribere spiritum, quàm tanto dedecore famam polluere.* Simul his, iratæ similis, recepit se in cubiculum. Erat sanè magnanima mulier, & in contubernio amitæ Margaretæ Hongariæ reginæ, ad principales curas nutrita, virili constantiâ vitia sexus prorsus exuerat. Proceribus inui-

cem

cem se intuentibus, concilium dissoluitur.

Horum omnium Coniurati non ignari, insaniora præteritis agitare incipiunt. Mittunt igitur ad Iconomachos, qui iuberent eos accepto signo splendidissima quæque peruerterere Monasteria, ac deinde simul ex omni parte in regiam versus iter dirigere. Interim Gandauensium, Tornacensium, & Valencenensium, aliorúmque facinora crebri nuncij in aulam detulerant. Et in illo rerum articulo perplexæ Gubernatrici, Iconomachi tandem appropinquare tradũtur. Hoc fulmine non mediocriter percussa, cogitationem altiùs mittere cœpit, quò euasura tandē esset tempestas, ex omni parte in caput suum promissa. Jngens vis hominum erat, ex diuersis regionibus ad se tendentium. Flandri Affelghemiensem, Siluæducenses Tongerloensem abbatias quieti circumsedebant, exspectantes irrumpendi signum, quod ni libertas religionis indulgeretur, daturos se Coniurati promiserant. Cum Antverpienses econtrà, dispersi per monasteria & pagos, fœdis rapinis,

incendiiſque graſſarentur. Primâ luce Mechliniam ex improuiſo adorti, mixtâ ſibi oppidanorum colluuie, Franciſcanos & Carmelitas exſpoliant. peractóque ſcelere, Viluordiam ſe proripiunt. Aduentus tumultuantium latè terrorem dedit. Paſſim enim iactabant, poſtridie ſe Bruxellam, atque in ipſam adeò regiam agmen moturos, ad paria facinora. Inops conſilij Gubernatrix, iámque magis magíſque malorum vndique vrgentium imagine concuſſa, cùm alij ſuper alios nuncij vera falſis miſcentes, & triſtiora omnia referrent: Viglium ad ſe accerſit. Conſuetudinem illius iampridem intermiſerat, offendere Proceres verita, quibus ille faſtiditus erat, ob virtutem & conſtantiam improbitati inimicã. Metus ſuos ſtrictim aduenienti expoſuit, & quid ad hæc ſibi faciendum, ne differret expromere. *Plus*, reponit Viglius, *duo anni ſunt, ex quo ſcire potuiſti, quò furioſa & occulta quorundam Procerum conſilia vergerent. Sub quorum inuidiâ potiſſimùm vapulaui. quia liberiùs quàm expediebat*

bat mihi locutus sum, quæ pertinere credebam ad obsequium Regis, ad integritatem religionis, & salutem publicam. Sed aures tuæ malignis insidijs assuetæ, vni mihi ita semper clausæ fuere, vt nihil nisi læsurum admitterent. Illa quidem peccasse se fatebatur, amicitiæ specie deceptam; In eo tamen articulo stare res suas, vt quærendum potiùs esset, non quid facere debuerit, sed quid facere debeat. Tum Viglius, an mandata Regis exequi haberet in animo, interrogat. Cùm paratam se respondisset. *Vade ergo*, inquit, *& eandem legem propone Proceribus, à quibus exiges fidelitatis Sacramentum. His qui obsequium contumaciæ præponent, protenus te adiunge. scriptóque milite, custodiam corporis tui delectis attribue. Multi in partes tuas haut dubiè abscedent, vbi te obstinatam viderint. Satis virium in his tibi. Contumaces tamen ita non deuouebis, vt contumeliosè haberi se putent. Arte nempe est opus. Et potißimùm dominantium arcanum, dißimulationem vsurpa. Blanditijs verborum*

excultos sic foue, tanquam aliquando redituri sint ad officium. Nam si pati non potes vt suspectos se non sentiant, despectam dignitatem aperies iniurijs. Non dubitauit Gubernatrix confestim exequi virile consilium. habitóque senatu eandem condicionem Proceribus proponit. Mansveldius, Arenbergius, Barlaimontius, & Noircarmius, sine cunctatione sacramentum accipiunt. Egmondanus paullisper dubitauit. Auriacus, & Hornanus pertinaciter abnuere. Superuacuum dictitantes iuramentum dicere, quod in Gubernaculorum auspicijs, & sæpe antea aduocassent. Suos quemque mores continere. nullâ religione constringi perfidiam. De cætero præfecturam ciuitatis Bruxellensis Mansueldius accepit, mille octingentos pedites legere iussus. Oppidani mercedem in mille promiserant. Trecenti ecclesiasticorum stipendio merituri erant. Reliquis sufficiebat ærarium publicum. Præfecturæ militares distributæ sunt in pomptissimos. Inter quos Philippum Launoium

Beau-

Beauuosij dominum, Balduinum Gaurium Inchij dominum, & D. Estanburgium comitis Lignij fratrem eminuisse comperio.

Forte per eos dies Arschotanus Bruxellam venit. Jn itinere B. Mariæ Hallensi votum exoluit. Sed vt ostēderet, quantâ fiduciâ sperneret sectarios, ministorū omniū capitis tegmen B. Mariæ imagunculis instruxit; atque in eo habitu spectandū se Bruxellensibus exhibuit. Cæterùm is Gubernatrici magnopere suadebat, vt desertâ Bruxellâ, Hannoniā peteret, caput suum subductura periculis; quoad subsidisset tempestas furoris popularis, ac propitiora fata regressum promitterent. Sed hoc consilium Gubernatrici magis, quàm Viglio placuit. Cumque audiuisset de fugâ eam cogitare, obnixè rogare cœpit; *ne rebellibus regiam proderet. Quis enim*, inquit, *deinde pro aris arma sumpturus est, si fugere ipsa perseueraueris, tuo metu cæteros præmonitura, quid metuendum sit à sectarijs, haut dubiè erecturis altius supercilium? Dignitatis tuæ præsentiâ hìc est opus. Aliter ciuitas contineri non*

potest

poteſt. Quid enim times? Nemo Procerum, nemo nobilium, ex ſaniori populi parte nemo, vbi periclitari te aſpexerit, auxilium non expediet, ſalutémque ſuam tua non præponet; quos omnes pari metu fugitiua percelles, & ad reſiſtendum ignauos efficies. Tanto in bellis momento eſt præſens maieſtas, pro quâ glorioſum ſibi quiſque ducit occumbere. Iterum atque iterum cogita, quam magnum Regiorum miniſtrorum numerum deſertura ſis, quorum nemo ſequetur fugitiuam. Vtcumq; igitur ipſa euadas incolumis, ex maximâ tuorum parte perire hic incipies. tot fideliſsimos viros tractura in ruinam, opperiri paratos quidquid fortuna decreuerit. Haut ſegniter has voces accepit Gubernatrix. Vicerat pudor contemplationem periculi. Iámque prorſus damnauerat abeundi conſilia: cùm Auriacus denunciat ei, Iconomachos admouiſſe propiùs agmen, omnéſque omnino monachos & ſacerdotes, cum miniſtris Regijs ſtatuiſſe conficere. Idem mox Egmondanus, & Hornanus diuerſi alius ab alio, detulere in regi-

regiam. Seu vera hæc erant, ſeu ad concitandum terrorem effiƈta, non dubitauit tamen Gubernatrix pro compertis accipere. Jtaque conſilium fugæ, quod paullò ante conſtantiſſimè abiecerat, rurſus reuocauit, ingenti conſternatione perculſa. Purpuratos quoque in ſequentem diem adeſſe iubet, diſcedenti ſibi præſidium. Præparatíſque omnibus, ad ſoporem momentaneum proceſſit in conclaue. Sed nec ſomnum capere, nec quietem pati poterat, tot ſimul cogitationibus obuerſantibus animo. Luce primâ Viglius ſuperuenit; & quò tam ſubito properaret, interrogat. Tum Gubernatrix præſentes metus effata, & quæ manentibus inſtarent pericula; *prudenter quoque factu- rum*, dixit, *ſi fugam ſimul adornaret in Hannoniam, depulſurus à iugulo certiſſimam perniciem. Parum ſe diſtare à captiuitate. Nihil mitius ſperandum à furentibus, quàm inſignem aliquam contumeliam, aut mortem. Non eſſe opus caput ruinæ offerre, cum Hannonia pateat, exceptura ipſos, tutiſſimo hoſpitio.*

ſpitio. Viglius conuenientem præſenti rei ſententiam orſus, longâ oratione deterrere rursùs eam cæpit ab intempeſtiuâ fugâ; hortando, monendo, refutando rumores, caſtigando formidinem Et ob id prolixiori ſermoni indulgebat, quia interim adfuturos ſperabat Proceres, quos eandem opinionem fouere didicerat. Nec mora, Manſveldius, & Noircarmius ſuperuenere. Quorum tum operâ potiſſimùm vtebatur Gubernatrix, ſuſpectis ijs, quos nouitatibus oblectari cognouerat. Illi bonum animum habere eam iubebant, identidem commemorantes; *ne fidiſsimos, & de Rege optimè meritos Miniſtros deſereret. Fortioribus conſilijs obfirmaret animum. Supereſſe vires aduerſus inconditum vulgus, nullo duce, nullâ diſciplinâ ad bellum, tanquam ad prædam ruens. Auſuros ſe tentaturóſque extrema pro ſalute illius. Fortunam & Deum adfore conatibus, meliorem cauſam tutantibus. Nec ſuaſuros hæc fuiſſe, ſi crederent, caput eius obiectari diſcrimini, aut victoriam in lubrico conſiſtere.* Dum hi loquuntur interim Viglio ſpati-

ſpatium fuit, quo dimitteret ad magiſtratus, qui egreſſu ciuitatis aulicis interdicerent. Quorum imperio ſtatim clauſæ ſunt portæ, firmatæque vigilijs. Multùm diei proceſſerat, Proceréſque paſſim coibant in curiam ſolemni officio. Sed impedimenta quæ præceſſerant ante portas cohibebantur. Et hoc ipſum præfecti mulionum renuntiaturi acceſſerant. Tum Viglius, *vides*, inquit, *impoſitam tibi manendi neceſſitatem? Necdum intelligis quantum in te vnâ momenti ciuibus ſit?* His Viglij verbis, magiſtratus (nam & ipſos ſimul in conſpectum admiſerat) adijciunt, ſpondere ſe milites quos promiſerant, mox in promptu fore. Ciuitatem quoque Regijs partibus ſe applicituram. Egregiam ſanè gloriam eo die Viglius tulit ſeruatæ reipublicæ; laxante paullatim animum Gubernatrice fortioribus conſilijs, quæ ex omni parte congerebant purpuratorum fidiſſimi. Et vergens ad meridiem dies itineri non ſufficiebat. Proceres itaque à prandio in concilium venire iuſſit. Actum ibi de pace; cùm ijdem illi

fugæ auctores, libertate opus eſſe rurſus clamabant. Non quòd conſtaret profuturam in ſincera remedia; ſed quia pro tempore aptiora non ſuccurrerent. Optimis quibuſque iam non aduerſantibus, & Auriaco potiſſimùm vrgente; *ne perſeueraret obſtinatâ religionis defenſione religionem perdere. Multos dum pondere, quo grauantur, flecti nolunt, frangi. Temporariâ aliquâ indulgentiâ opus eſſe, ad auertendam malignitatem fortunæ, quando aliter mitigari non poſſet. Neque ipſum Regem, ſi inermis hîc ſiet, aliâ medendi ratione vſurum. Quacumque tandem condicione perniciem publicam honeſtè redimi. Per æqua, per iniqua cedendum eſſe neceßitati, quæ ſtaret ante rationem, cui prudentia ſuccumberet, & conſilia omnia obſequerentur.* Cùm eadem Hornanus, & ſimilia cæteri confuſis vocibus iactarent; victa conſenſu Gubernatrix, multúmque obteſtans; *ite ergo,* inquit, *quandoquidem ſic videtur, nunciate Coniuratis, ſi poſuerint arma ſectarij, eos qui inermes, ſine confuſione,*

&

& scandalo, illò vbi nunc agitarentur, ad conciones procederent, non me vi armatâ, aut viâ facti persequendos curaturam: quoad Rex aliter statuerit ex Generalium Ordinum consilio. Hac tamen lege, ne molesti sint Romanam religionem exercentibus, vsúmque templorum Catholicis restituant.

Perplexa haut dubiè oratio erat, nec dantis, nec negantis libertatem; non mansuram tamen, quia saluo principatu concedi non poterat. Facilè Coniurati quid vellet, intellexerunt. Sed verba eius in alium sensum detorquendo, sacrorum se licentiam adeptos imposuere credulo populo. Confestim igitur Affelgemium, Viluordiam, & Tongerloam dimittunt, qui iuberent inde mouere Iconomachos, atque suas quemque domos sine noxâ recedere. Post hæc Proceres illi, quos ante ad hoc officium destinatos dixi, in colloquium veniunt cum Coniuratis, tabulásque à Gubernatrice obtulere in hæc verba:

Cùm supplices nobiles XIII. *cal. Septemb. ad*

Gubernatricem redire iußi fuerint, libello responsa daturam: commodùm ex Hispaniâ nuncius appulit cum codicillis, rata omnia facientibus quæ exegerat. Quippe Rex Inquisitionem abrogari, atque edicta refingi non recusat. Generalium Ordinum conuentum tantummodo distulit. Ad quem maturandum omnem ipsa operam datura sit. Supplicibus interea cauere non detrectat. quia nihil vnquam antiquius habuit, quàm scrupulum & diffidentiam eximere ingenijs eorum, qui tristioribus consilijs imbutum esse Regem existimant. Causam & occasionem malorum omnium. Ex eo quò hinc ille receßit, nullum prætermisit beneuolentiæ signum erga subditos. Ab ingenitâ clementiâ, animiq; bonitate nõ degenerauit. cùm nihil ab animo eius sit alienius quàm iracundia. Itaq; præteritarum rerum gratiam lubens fecit, & in hanc rem consignandarum tabularum Gubernatrici plenum dedit arbitrium. Cùm itaq; hoc ipsum exequi ipsa in animo habeat: à supplicibus vicißim promissorum fidem postulat; nempe vt solemni

san-

ſanciant ſacramento, non facturos ſe dolo malo, neq; etiam machinaturos, quod Maieſtati Regiæ, quod ſtatui publico, quod prouinciis, aut ſubditis aduerſetur. Officium faſtigiis debitum ſe culturos. Manúmq; commodaturos, vt tumultus ſedentur; vt intrà frænum cohibeatur inſurgentis populi licentia; vt multitudo deinceps extrà leges non exerret; vt ceſſet templorum monaſteriorúmq; vaſtatio, & ſacrilegia; vt tam abominandi ſceleris auctores meritâ vltione plectantur; ne vis fiat eccleſiaſticis, iuſtitiæ miniſtris, aut nobilibus, aut ſubditis; arma confeſtim ponantur; ab inſolitis regionibus conciones arceantur; atq; hæ, ſicubi iam ſint, aut factæ fuerint, vt inermes, ſine turbis, & ſcandalo frequententur; vt externos hoſtes & ſeditiones excludant; vt hi denique, quos hodierni ſæculi nouitas turbauit, patienter leges accipiant, quas ex conſilio Generalium Ordinum decreturus eſt Rex. Actum Bruxellæ x. *cal. Septemb. ſignatum. Margareta.*

Lectis condicionibus nihil eorum diſpli-

cuit

cuit Coniuratis, niſi quòd catholicam religionem profiteri iuberentur. Nam hoc ipſum quoque legibus adſcriptum fuerat. Et plerique eorum noui dogmatis diſciplinam imbiberant. Dato itaque ſolemni ſacramento, Aſſonuillius diploma cautionis exigentibus, porrexit, in hunc modum.

Margareta, diuinâ gratiâ, dux Parmæ, & Placentiæ, Gubernatrix Belgarum, haſce litteras inſpecturis, S. D. Cùm nonis Aprilis præteritis, libellus nobis oblatus ſit à non paucis nobilibus, Inquiſitionem & edicta abrogari, & ſecundùm Generalium Ordinum concilium nouas leges conſtitui poſtulantibus; digna res viſa, quam tranſmitteremus ad Regem: ſed ne ſupplices interim ſiniſtris ſuſpicionibus vrgerentur, eundem libellum, & compactum, & quæ deinde ſecuta, in peiorem partem accipi: vnde timeri poterant grauiora præteritis: conſultis Proceribus, tranſcripſimus Regi, vt cauere vellet ſupplicibus, quidquid ante hunc diem factum eſſet, fraudi non fore. Sed cùm in illo morâ non fuerit;

Nos

Nos de pace, & tranquillitate sollicita, nihil priùs duximus, quàm eosdem supplices obsequio reddere, cui ex naturâ, & sacramento obstricti sunt. Pro auctoritate, & mandato quod à Rege accepimus, pro dignitate, quam gerimus, rogatis Procerum sententijs, cautionis tabellas, manu nostrâ signatas indulsimus in hanc sententiam. Formula deinde quam paullò ante transcripsimus inserta erat. Sequebantur autem hæc verba. *Sciri volumus, nos pro facultate à Rege acceptâ polliceri, libellum & compactum, & quidquid in hunc diem factum est, nemini eorum fraudi fore, secundum sacramentum nobis dictum, ad præscriptam formulam. Mandamus itaque Gubernatoribus, equitibus Velleris, Consiliarijs Status, Præsidique ac Concilio Priuatæ curiæ, cunctísque in officio constitutis, vti hanc eis cautionem inuiolatam seruent, nec quid in contrarium fieri curent, patiantúrque. Quippe ita Regi placet. Bruxellæ* VIII. *calend. Septemb.* MIↃLXVI.

Poſt hæc coniurati quoque ſolemnibus tabulis teſtabantur, pactis ſe conuentis ſtaturos; interceſſuróſque ne contra fieret fœdus denique ratum fore, quamdiu fidem datam Rex ſeruauerit. Sic ergo vtcumque conciciliati ſunt animi. Multùm irridentibus prudentioribus, quòd ſponſionem à principe ſubditi exigerent. Quaſi verò defuturi ſint prætextus Regibus, iniuriæ ſuæ parentare volentibus? Bonos ciues obedientia commendat. malos nulla cautio, nullum Sacramentum ſecuros facit. Regnandi lex iugum omne excutit, quod cum ſummi imperij nomine non conuenit. Conuentiones & pacta priuatos obligant. Nullum tantum eſt ſacramentum, cui ſalus publica aſtringitur. Poſt hæc Coniurati in curiam veniunt. Nec infeſto Gubernatricis vultu excepti ſunt. Promiſſorum fidem iterantes, neceſſitatem cautionis excuſabant. Illa quidē memoriam omnem præteritorum delere eos iuſſit, cancellaríque tabulas fœderis. Sed hoc vltimum non impetrauit. Proceres itaque dimiſit per pro-

uincias ad publicandam pacem, motúsque ſedandos, & ſubigendos eos qui auerſarentur imperium. Denique vt terrorem ſeditioſis incuteret, extemplò edicit; *ne conciones frequentarentur ab armatis. Vt vis fieret templa vaſtantibus. Qui occideret eos, iure facturum, præmiúmque accepturum, tanquam publicæ tranquillitatis vltorem. Qui non prohibuiſſet, aut reſtitiſſet iniuria, cùm facere poſſet, eum ſe pro hoſte habituram. priuilegia adempturam ciuitatibus in facinora conſentientibus.*

Tunc ſectarij paullò ante ſæui, ſubitò metu obtorpuere. Nullâ ferè ſpe reliquâ in Coniuratis, quos pro defenſione catholicæ religionis execrationibus videbant obſtrictos. Quippe Coniurati, Inquiſitionis edictorúmque abolitione contenti, ſacrorum licentiam communi conſenſu non exegerant. Multi ex his bonâ fide redibant ad officium. Singuli aut plures in contumaciſſimas quaſq; ciuitates delegabantur, qui continerent populum in pace, & promiſſorum fidẽ exoluerent.

rent. E quibus Ioannes Casenbrootius Backerselij Dominus, Martinum vander Moten, & Ioannem Winghene, alterum Rotnaci, hunc Aldenardæ cuncta turbantes, animosè cōpescuit. Oeconomus is erat Egmondani, vir cæteroqui rectus, sed infelicitate temporum ad coniuratos abstractus, fidem postea Gubernatrici sincerè exhibuit, & Iconomachorum res primus afflixit. Paullò enim post quadraginta circiter sacrilegi Rotnacensium finibus egressi, ad solitas furias accingebantur. Egmondanus ad persequendos eos Backerselium dimisit cum turmâ equitum, agricolis aliquot armatis sequi iussis. Sed Iconomachi extra Flandriam processerant. Angiam Hannoniæ oppidum adorti, adulterato Gubernatricis diplomate ab ignaris intrà mænia recipiebantur. Templísque miserrimè afflictis ad par flagitium Gerardimontes transeunt. Obuium ibi Backerselium habuere. Non præuiderant eius aduentum, nec si præuidissent, satis virium ad resistendum erat. Fit igitur cædes, non prælium. Duodecim ex Ico-

nomachis primo impetu absumptis, reliqui terrore consternati in potestatē venere. Quorum alios Backerselius in patibulum sustulit, alios virgis cæsos, mutare solum exilio iussit. Tantumque metum ea clades prouincijs intulit, vt ex illo die nemo amplius auderet in sacra peccare. Igitur optimus quisque resumebat animos. Coniuratorum autem præcipuis metus incessit, si turbata cuncta componerentur, ad vltimum se daturos supplicia. Ludouicus Nassouius misit ad Egmondanū sub Coniuratorum nomine, qui absterreret eum ab eiusmodi cœptis, & si perseueraret Iconomachis iniurius esse, Coniuratos vltionem expetituros. Cæterùm Egmondanus hactenus medius, dubiúsque, & quasi temporibus insidiatus, huc atque illuc consilia flexerat. Tum demùm victus à fortunâ publicâ, sectariorum conatibus auctoritatem obiecit, nihílque tali denuntiatione absterritus, fluentem statum seueritate restituit, quem paullò ante nimiâ indulgentiâ in præceps deduxerat. Adeo turbarū remedia fortiora sunt,

quàm initia. Sed ante omnia Gandauum præsidia induxit. Iconomachos passim comprehendi, meritóque supplicio affici iussit. Videres tunc aliam vrbem, alios hominum vultus peccasse timentiū. Nemo tunc applaudebat Iconomachis. Nemo faustis clamoribus, *Viuant Geusij*, tollebat in cælum. Mæstitia & pauor sontes obsederat, tacitè exspectantes, quid de se quoque iudicia statuerent. Nemo fecisse facinus, cuius ante promptissimus quisque videri voluerat. Ea est natura multitudinis, vt non ante vereatur fastigia, quàm timeri meruerint. Idem hic populus, non alios olim principes magis suspexit, quàm qui lasciuientem bello, atrocissimè afflixerant. Sua igitur quies vrbi rediјt, quia timere mali cœperant. Calend. Septemb. magistratus templa aperiri præcepit. Sacerdotes qui in profanâ veste hactenus latuerant, pristino decori restituuntur, & sacrorum solemnia ex more repetunt. Consiliarij Flandriæ intermissa dudum numia resumunt, Egmondanus peregrinis

grinis edixit, cederent prouinciâ. Sectarijs deniq; has condiciones posuit: *Ne intra muros concionarentur. Contenti essent loco, quem praescriberet. Nemini quàm Caluenistis concionadi ius fore. Magistratui morem gererent. In templa furentibus se opponerent. Operámque commodarent ad expetenda supplicia ab Iconomachis. Ducenti ex sectariorum pracipuis tabulæ subscriberent.* Deinde locum haut procul à Carthusianorum monasterio petentibus assignauit. Ibi ædiculam posteà construxere. primúsque in eâ Nicasius Scurius Minister concionem habuit. post hunc Iacobus Carpentarius; & ad vltimum Magister Petrus Dathenus, qui à Poperingensibus illuc transierat. Rebus in eum modum Gandaui compositis, Egmondanus Aldenardam concessit. Ibi quoque sectarios intra leges cohibuit. Inde in regione Flandriæ occidentalis, alias ipse ciuitates ad tranquillitatem perduxit; alias præfectis curandas tradidit.

Ioannes Sceyffius Brabantiæ Cancellarius, & Baro Petersemius ad Siluæducenses mittun-

mittuntur. Hi multitudini magnopere suadebant, vt nouæ religionis exercitium extra muros transferrent, legésque acciperent quas cæteræ ciuitates non dubitassent admittere. Sed quo mox ludibrio conflictati sint dicemus post paullò.

Jisdem diebus sermonibus hominum agitari cæpit, militares copias à Rege in Germaniâ conscriptas, breui iter in Belgium habituras. Ea res concussit Coniuratorum animos. Videbant se peccasse in maiestatem. Neque Regem bonâ fide veniam præteritorum dedisse, persuadere sibi poterant. Dissimulationem eius suspectam habebant. Nullos tam sanctos principes, qui cum rebellibus bonâ fide in gratiam redeant. Plerique etiam credebant, nihil eiusmodi à Rege indultum esse: sed hæc ipsa à Gubernatrice ad tempus conficta, vt præsenti seruiret necessitati, & insigni imposturâ ingruentium malorum discrimen redimeret. Neque ex aliâ parte Gubernatrix securior erat. De populi rumore anxia, multiplici cogitatione quatiebatur.

tur. Generalium Ordinum ſpem fecerat. quæ ſi non ſuccederent, nouas turbas, bellúmque metuebat ab iſtis ſpiritibus, quorum coniuratio magis differebatur, quàm deſierat. Interdum quoque timebat, ne deſperatione veniæ in rabiem efferati, ad opprimendam ſe venirent cum ſubito exercitu. Igitur his contemplationibus intenta, quod vnum licebat, Ordinarias turmas inſtrui iubet, diſtribuendas in idonea præſidia. Fiduciam poſtea ei adiecit Bruxellenſium ciuium pro religione votũ, & animus. Qui non ſatis habebant pomœrijs ſuis conciones excludere: ſed contrariorum ſtudiorum ciues, Viluordiam ad diuina concedere ſolitos, tunc quoque præpediebant. Eam rem Ludouicus Naſſouius grauiter accepit. Neque mora, ad Gubernatricem admiſſus, expoſtulare cœpit, *an Bruxellenſes plus, minuſue liberi eſſent, quàm cæteri ciues. Meminiſſet fidei datæ. Nullo ſe pietatis vinculo obſtringi, ſi prior ipſa pactum frangeret.* Adhæc illa, *nihil ſe mutari velle*, reſpondit, *& ſi concio-*

nes ibi ante diem fœderis habita fuiſſent, quò minus & iam haberentur per ſe non ſtare. Cum hoc reſponſo dimiſſus erexit ſectariorum animos. Sed primores ciuitatis à Gubernatrice clam admoniti, opificum collegia in concilium accerſunt. edictúmque ex communi ſuffragio, *ne cui fas eſſet ad aliena ſacra vrbe excedere. Et ſi quis intra pomœria conciones tentaret, laqueo ſe vlturos.* Adhæc frequentes armatos in portis conſtituunt, & quidem diligentiſſimè obſeruant. Marcentibus ſectarijs inopiâ virium.

Haut alijs artibus Louanienſes religionem tutabantur. Nec ea ciuitas adeo corrupta erat, vt optimo cuique non plus liceret, quàm multitudini.

Præſentia Hoochſtratani Mechlinienſes continuit. Leges, quæ in rem videbantur, ſapientet conſtituit.

Antverpiam vero Auriacus proceſſit. Cui primâ luce ſtatim aſſiſtebant Miniſtri cum libello, & queſtu; *quod ſub Iconomachorum*

inui-

inuidiâ vapulantes, turbarum, & prostratarum imaginum auctores incusarentur. Procul id à modestiâ suâ. Nuper quidem per consuetudinem officij, semetipsos monuisse, ne quis profanæ encœniorum pompa, aut procedentium sigillorum spectaculo oculos crederet. Sed hoc quidquid esset, si crimen esset, ad Iconomachiam tamen non pertinere. Nihil tristius sibi impingi posse, quàm quòd differentur amare licentiam seditionum, catholicæ religioni perniciem struere, in tributa, in portoria, in magistratum criminationibus inuehi, de surrogandis ad eadem ministeria genij sui hominibus habuisse colloquium. Hæc si vera essent, exercerent leges. Non deprecari se de noxijs supplicia. Sin autem alia sibi mens semper fuisset, ne ad infamiam ciuitatis innocentiam suam traduci paterentur. De quâ si dubitarent, prouocare se ad Deum, hominésque conscientia sua conscios. Ilicet mitterent, qui concionantium verba exciperent. Fidem se Regi, vtpote principi, Auriaco tanquam vicecomiti,

atque ipsis patribus dare paratos. Neque interim æquum videri, cœmeteria, & templa vnis duntaxat catholicis cedere, & hæc officia explentibus eripi sibi publicarum rerum commercium. Ciues omnes esse. Sub vno principe, intra eadem mœnia, iisdem legibus viuere. Quod ergo attineret quasi contaminatos, & piaculum meritos arceri à publico vsu, quem lex communem omnibus statuerit? Mulcebat eos verbis Auriacus, libellúmque in se recipiens, iussit propediem opperiri responsum. Jnterim tamen cœmeteriorum vsum ijs indulsit. Sequenti die magistratum accersit, & è singulis nationibus (vt ipsi vocant) delectos aliquot. E Teutonicis quatuor adueniunt, Marcus Peres, Hermannus Meerius, Cornelius, & Carolus Bombergius. Totidem è Gallis erant, Franciscus Godinus, Ioannes Carlierius, Nicolaus Viuerius, & Nicolaus Sellinus. Actum cum his de concordiâ ciuitatis. Legésque communi suffragio dixere sectarijs, quarum sententia hæc fuit. *Officia,*

con-

conciones, & exercitia Romanæ religionis ne turbanto. In fanis, aut monasterijs alijsue locis Deo dicatis, nouæ professionis exercitia ne habento. Contenti sunto tribus in vrbe regionibus. Nempe prædio Antonij Geuartij in foro equino, prædio D. Liekerkij, prato Xenodochij. Hæc si comparari pecuniâ non poßint, tunc alia æquè commoda acquirunto consensu Auriaci. Interim in regione noua vrbis, quemadmodum hactenus, religionis officia instituunto. Intra hos limites vnâ eâdémq, horâ concionari fas esto diebus dominicis, & festiuis. Cæteri dies nefasti sunto. Si tamen festus dies in septimanâ non inciderit, mercurij die concionari liceto. Duos, si videbitur, Ministros, nec plures, in singulis religionibus admittunto. Ministri Belgæ sunto, aut præcipuæ alicuius ciuitatis iure donati. Iuramentum præstent parituros se Auriaco, & senatui in re politicâ. Cum telo illicito conciones nemo adito. Teli illiciti nomine gladius, aut pugio non continetor. In ciuilibus magistratui, & superioribus parento. Onera, & portoria ex æquo ferunto. Salutem, & tranquilli-

tatem publicã iuxta custodiunto. Cuiuscumq; religionis sacerdotes, Ministri & professores à seditiosis sermonibus, iniuriisq; abstinento. seditiosum tamẽ nõ habebitur, quidquid ad doctrinam pertinet, vel in corruptos mores prometur. In electionibus, & conuentibus Ministrorum, Seniorum, & Diaconorum, vnum aliquẽ è magistratu admittunto, qui Auriaco, & collegio relaturus sit, quid actum fuerit. Cuiuscumque religionis homines à contumelijs viq; & iniurijs abstinento. Si contumelia aut vis, aut iniuria facta fuerit, indiscriminatim vlciscuntor. Quò minùs aduersus Iconomachos, noxióſque iure agatur, pœnaq; expetantur, ne faciunto. Nemini palam extra designatos limites psalmos concinere ius esto. Auriacus & magistratus, ciues & incolas in tutelam accipiunto, sine religionis discrimine. Ministri, & sacerdotes cuiuscumque religionis, has leges publicanto, & ad custodiam earum auditores hortantor. Firma rataque sunto, quoad ex Generalium Ordinum suffragio aliter à Rege statuatur. ita tamen si quid

si quid comitijs illis decretum fuerit, quod saluâ religione vel conscientiâ admitti non possit, liberum cuique sit patriâ cedere cum fortunis & familiâ. Ministri, Seniores, Diaconi, & nouarum religionum præcipui, harum legum inuiolatam custodiam in se recipiunto: præsentésque tabulas signanto in duraturi fœderis constantiam. His in eum modum compositis, consignatísque, dimissus ab Auriaco est præco, qui publicaret libertatem religionis, ciuésque à mutuâ vi abstinere iuberet, nec alterutrius iram lacessere contumelijs; præsentem mortem, bonorumque publicationem contumacibus indicens.

Auriacus inde in Hollandiam concessit, crebris Primorum litteris sollicitatus. Brederodium sibi in eâdem prouinciâ substitui petierat. Sed is Gubernatrici suspectus admodum erat, satis gnaræ quàm grauis immineret reipublicæ. Caput se Coniuratis præbuerat. Post hæc Viannæ, Hollandiæ oppido, quod iure clientelæ tenebat, aras omnes imaginésq; exsciderat, Culenburgij exemplo. Armatorúm-

rúmque cateruas circa se habebat. Et hinc suspicionem multis fecerat occupandæ prouinciæ. Nec vanitas homini deerat, sæpe obliquos inijciens de principatu sermones. Prostabátque palam eius imago, laminis insculpta inter hos versus:

Sum Brederodus ego, Batauæ nõ infima gentis
Gloria, virtutem non vnica pagina claudit.

Libellus denique vulgatus erat sub isto titulo; HERES ET SVCCESSOR COMITATVS HOLLANDIAE, qui non obliquè ad Brederodium referebatur. Proinde in subuehendo eo non immeritò Gubernatrix quatiebatur imagine periculi. Hoochstratanum ergò Antverpiæ substituit mitis animi virum. Factionibus Procerum aggregatus, in fidem tamen non commiserat. Consiliarius Assonuillius ei adiunctus, quærebat in præterita facinora, quorum vltio mitioribus fatis reseruabatur. Cæterùm Auriaci interuentus Hollandos compescuit. Leges verò Amsterdamensibus constituit, prope easdẽ, quas Antverpiensibus dederat, nisi quod sectarios con-

contentos esse voluit Franciscanorum monasterio. Inde Vltraiectum, & ad alias ciuitates progressus, pari omnes condicione sedauit. Post hæc litteras ad Gubernatricem dedit. Ea quæ egisset breuiter recensuit. Monebat illam denique; *Gallos videret & conterminos populos, quibus non essent auersati principes idem petentibus. Plus indulgentiâ & pace, quàm seueritate profici, in tantâ nouarum religionum dulcedine. Si vesaniam latè ferocientem vi premere cogitaret, nihil aliud profecturam, quàm vt vastatione, & incendijs prouincias desolet. Nam ne Regem quidem totius imperij sui viribus succinctum, aduersantium furores sine periculo, & labore, sumptúq; excisurum. Hæc omnia vitari posse promiscuâ religionum libertate, vel Augustanæ professionis indulgentiâ, aut si intra suam cuique conscientiam sacrorum licentiam permitteret. Sinceram pacem condicionibus emi, non bello. Maximam populi partem fauere nouitatibus. Vinci sectarios posse, debellari non posse. Nec amicos fore cre-*

deret, si semel vicerit; acrius pro vltione, quàm pro libertate certaturos. Tranquillitatem ciuium beneficium suum faceret sine sanguine. Non primos esse Belgas qui hoc ipsum necessitati dedissent. Propè totum Christianum orbem conspirare in hæc consilia. Compositis rebus, meliùs religioni consulturum Regem; cùm detumuerit ipsa nouitas, cùm sectarij patientur mitius se haberi. qui nunc iugulo suo metuentes, in fasciculum coëunt. Hæc quidem tanquam ea quæ egisset excusaturus, scribebat. cæterùm haut perplexè petebat religionis libertatem, cui per tot ambages semper studuerat.

Longè alia mens Megemo fuit. Contra spem omnium, non inuidiam, non odium pauens, gratiæ nihil concessit. Ministros omnes Geldriâ eiecit. Sectariorum præcipuos exilio mulctauit. Prorsus vt appareret, fatorũ culpam esse, quæ reliquis Proceribus animum ademerant. Quibus rebus Culenburgius & Brederodius permoti, scripserunt ad Neomagenses Coniuratorum nomine; ac ni exules recipe-

reciperent, vltionem minabantur. Quorum iras Megemus generosè despexit, totámque Geldriam studio partium in fide continuit.

Arenbergium eadem in Frisiâ tentantem fortuna destituit. Plerisque vrbibus peruicaciam induentibus, fraude præfectorum, quorum multi Coniuratis accesserant.

Maioris operis erat Tornacenses componere. Molbaisius arcis præfectus recenti Iconomachorum facinore irritatus, magno terrore ciuitatem percellebat. Et tanquam semper erupturus cum militari præsidio, trepidam plebem conficiebat vigilijs. Cæterùm fœdere cum Gubernatrice icto, duo è coniuratis illò adueniunt. Populúmque velut arbitri ciuilis discordiæ, inuitabant ad pacem. Sed cùm hoc vnum potissimùm vrgerent, vt promiscua libertas intrà mœnia fieret, aduersarium sibi magistratum habuere. Durabat enim apud Optimates reuerentia obsequij, quam diuturna contumacia in plebe deleuerat. Gubernatrix eorum, quæ agerentur certior facta, Hornanum,

mittuntur. Hi multitudini magnopere suadebant, vt nouæ religionis exercitium extra muros transferrent, legésque acciperent quas cæteræ ciuitates non dubitassent admittere. Sed quo mox ludibrio conflictati sint dicemus post paullò.

Iisdem diebus sermonibus hominum agitari cæpit, militares copias à Rege in Germaniâ conscriptas, breui iter in Belgium habituras. Ea res concussit Coniuratorum animos. Videbant se peccasse in maiestatem. Neque Regem bonâ fide veniam præteritorum dedisse, persuadere sibi poterant. Dissimulationem eius suspectam habebant. Nullos tam sanctos principes, qui cum rebellibus bonâ fide in gratiam redeant. Plerique etiam credebant, nihil eiusmodi à Rege indultum esse: sed hæc ipsa à Gubernatrice ad tempus conficta, vt præsenti seruiret necessitati, & insigni imposturâ ingruentium malorum discrimen redimeret. Neque ex aliâ parte Gubernatrix securior erat. De populi rumore anxia, multiplici cogitatione quatiebatur.

tur. Generalium Ordinum ſpem fecerat. quæ ſi non ſuccederent, nouas turbas, bellúmque metuebat ab iſtis ſpiritibus, quorum coniuratio magis differebatur, quàm deſierat. Interdum quoque timebat, ne deſperatione veniæ in rabiem efferati, ad opprimendam ſe venirent cum ſubito exercitu. Igitur his contemplationibus intenta, quod vnum licebat, Ordinarias turmas inſtrui iubet, diſtribuendas in idonea præſidia. Fiduciam poſtea ei adiecit Bruxellenſium ciuium pro religione votũ, & animus. Qui non ſatis habebant pomœrijs ſuis conciones excludere: ſed contrariorum ſtudiorum ciues, Viluordiam ad diuina concedere ſolitos, tunc quoque præpediebant. Eam rem Ludouicus Naſſouius grauiter accepit. Neque mora, ad Gubernatricem admiſſus, expoſtulare cœpit, *an Bruxellenſes plus, minuſue liberi eſſent, quàm cæteri ciues. Meminiſſet fidei datæ. Nullo ſe pietatis vinculo obſtringi, ſi prior ipſa pactum frangeret.* Adhæc illa, *nihil ſe mutari velle,* reſpondit, *& ſi concio-*

nes ibi ante diem fœderis habita fuissent, quò minus & iam haberentur per se non stare. Cum hoc responso dimissus erexit sectariorum animos. Sed primores ciuitatis à Gubernatrice clam admoniti, opificum collegia in concilium accersunt. edictúmque ex communi suffragio, *ne cui fas esset ad aliena sacra vrbe excedere. Et si quis intra pomœria conciones tentaret, laqueo se vlturos.* Adhæc frequentes armatos in portis constituunt, & quidem diligentissimè obseruant. Marcentibus sectarijs inopiâ virium.

Haut alijs artibus Louanienses religionem tutabantur. Nec ea ciuitas adeo corrupta erat, vt optimo cuique non plus liceret, quàm multitudini.

Præsentia Hoochstratani Mechlinienses continuit. Leges, quæ in rem videbantur, sapienter constituit.

Antverpiam vero Auriacus processit. Cui primâ luce statim assistebant Ministri cum libello, & questu; *quod sub Iconomachorum*

inui-

inuidiâ vapulantes, turbarum, & prostratarum imaginum auctores incusarentur. Procul id à modestiâ suâ. Nuper quidem per consuetudinem officij, semetipsos monuisse, ne quis profanæ encœniorum pompæ, aut procedentium sigillorum spectaculo oculos crederet. Sed hoc quidquid esset, si crimen esset, ad Iconomachiam tamen non pertinere. Nihil tristius sibi impingi posse, quàm quòd differentur amare licentiam seditionum, catholicæ religioni perniciem struere, in tributa, in portoria, in magistratum criminationibus inuehi, de surrogandis ad eadem ministeria genij sui hominibus habuisse colloquium. Hæc si vera essent, exercerent leges. Non deprecari se de noxijs supplicia. Sin autem alia sibi mens semper fuisset, ne ad infamiam ciuitatis innocentiam suam traduci paterentur. De quâ si dubitarent, prouocare se ad Deum, hominésque conscientiæ suæ conscios. Ilicet mitterent, qui concionantium verba exciperent. Fidem se Regi, vtpote principi, Auriaco tanquam vicecomiti,

atque ipsis patribus dare paratos. Neque interim æquum videri, cœmeteria, & templa vnis duntaxat catholicis cedere, & hæc officia explentibus eripi sibi publicarum rerum commercium. Ciues omnes esse. Sub vno principe, intra eadem mænia, ijsdem legibus viuere. Quod ergo attineret quasi contaminatos, & piaculum meritos arceri à publico vsu, quem lex communem omnibus statuerit? Mulcebat eos verbis Auriacus; libellúmque in se recipiens, iussit propediem opperiri responsum. Jnterim tamen cœmeteriorum vsum ijs indulsit. Sequenti die magistratum accersit, & è singulis nationibus (vt ipsi vocant) delectos aliquot. E Teutonicis quatuor adueniunt, Marcus Peres, Hermannus Meerius, Cornelius, & Carolus Bombergius. Totidem è Gallis erant, Franciscus Godinus, Ioannes Carlierius, Nicolaus Viuerius, & Nicolaus Sellinus. Actum cum his de concordiâ ciuitatis. Legésque communi suffragio dixere sectarijs, quarum sententia hæc fuit. *Officia,*

con-

conciones, & exercitia Romanæ religionis ne turbanto. In fanis, aut monasterijs alijsue locis Deo dicatis, nouæ professionis exercitia ne habento. Contenti sunto tribus in vrbe regionibus. Nempe prædio Antonij Geuartij in foro equino, prædio D. Liekerkij, prato Xenodochij. Hæc si comparari pecuniâ non poßint, tunc alia æquè commoda acquirunto consensu Auriaci. Interim in regione noua vrbis, quemadmodum hactenus, religionis officia instituunto. Intra hos limites vnâ eâdémque horâ concionari fas esto diebus dominicis, & festiuis. Cæteri dies nefasti sunto. Si tamen festus dies in septimanâ non inciderit, mercurij die concionari liceto. Duos, si videbitur, Ministros, nec plures, in singulis religionibus admittunto. Ministri Belgæ sunto, aut præcipuæ alicuius ciuitatis iure donati. Iuramentum præstent parituros se Auriaco, & senatui in re politicâ. Cum telo illicito conciones nemo adito. Teli illiciti nomine gladius, aut pugio non continetor. In ciuilibus magistratui, & superioribus parento. Onera, & portoria ex æquo ferunto. Salutem, & tranquilli-

tatem publicã iuxta custodiunto. Cuiuscumq; religionis sacerdotes, Ministri & professores à seditiosis sermonibus, iniuriisq; abstinento. seditiosum tamẽ nõ habebitur, quidquid ad doctrinam pertinet, vel in corruptos mores prometur. In electionibus, & conuentibus Ministrorum, Seniorum, & Diaconorum, vnum aliquẽ è magistratu admittunto, qui Auriaco, & collegio relaturus sit, quid actum fuerit. Cuiuscumque religionis homines à contumeliis viq; & iniuriis abstinento. Si contumelia aut vis, aut iniuria facta fuerit, indiscriminatim vlciscuntor. Quò minùs aduersus Iconomachos, noxiósque iure agatur, pœnaq; expetantur, ne faciunto. Nemini palam extra designatos limites psalmos concinere ius esto. Auriacus & magistratus, ciues & incolas in tutelam accipiunto, sine religionis discrimine. Ministri, & sacerdotes cuiuscumque religionis, has leges publicanto, & ad custodiam earum auditores hortantor. Firma rataque sunto, quoad ex Generalium Ordinum suffragio aliter à Rege statuatur. ita tamen

si quid comitijs illis decretum fuerit, quod saluâ religione vel conscientiâ admitti non possit, liberum cuique sit patriâ cedere cum fortunis & familiâ. Ministri, Seniores, Diaconi, & nouarum religionum præcipui, harum legum inuiolatam custodiam in se recipiunto. præsentésque tabulas signanto in duraturi fœderis constantiam. His in eum modum compositis, consignatísque, dimissus ab Auriaco est præco, qui publicaret libertatem religionis, ciuésque à mutuâ vi abstinere iuberet, nec alterutrius iram lacessere contumelijs; præsentem mortem, bonorumque publicationem contumacibus indicens.

Auriacus inde in Hollandiam concessit, crebris Primorum litteris sollicitatus. Brederodium sibi in eâdem prouinciâ substitui petierat. Sed is Gubernatrici suspectus admodum erat, satis gnaræ quàm grauis immineret reipublicæ. Caput se Coniuratis præbuerat. Post hæc Viannæ, Hollandiæ oppido, quod iure clientelæ tenebat, aras omnes imaginésq; exsciderat, Culenburgij exemplo. Armatorúm-

rúm-

rúmque cateruas circa se habebat. Et hinc suspicionem multis fecerat occupandæ prouinciæ. Nec vanitas homini deerat, sæpe obliquos inijciens de principatu sermones. Prostabátque palam eius imago, laminis insculpta inter hos versus:

Sum Brederodus ego, Batauæ nõ infima gentis
Gloria, virtutem non vnica pagina claudit.

Libellus denique vulgatus erat sub isto titulo; HERES ET SVCCESSOR COMITATVS HOLLANDIAE, qui non obliquè ad Brederodium referebatur. Proinde in subuehendo eo non immeritò Gubernatrix quatiebatur imagine periculi. Hoochstratanum ergò Antverpiæ substituit mitis animi virum. Factionibus Procerum aggregatus, in fidem tamen non commiserat. Consiliarius Assonuillius ei adiunctus, quærebat in præterita facinora, quorum vltio mitioribus fatis reseruabatur. Cæterùm Auriaci interuentus Hollandos compescuit. Leges verò Amsterdamensibus constituit, prope easdẽ, quas Antverpiensibus dederat, nisi quod sectarios con-

contentos esse voluit Franciscanorum monasterio. Inde Vltraiectum, & ad alias ciuitates progressus, pari omnes condicione sedauit. Post hæc litteras ad Gubernatricem dedit. Ea quæ egisset breuiter recensuit. Monebat illam denique; *Gallos videret & conterminos populos, quibus non essent auersati principes idem petentibus. Plus indulgentiâ & pace, quàm seueritate profici, in tantâ nouarum religionum dulcedine. Si vesaniam latè ferocientem vi premere cogitaret, nihil aliud profecturam, quàm vt vastatione, & incendijs prouincias desolet. Nam ne Regem quidem totius imperij sui viribus succinctum, aduersantium furores sine periculo, & labore, sumptúq; excisurum. Hæc omnia vitari posse promiscuâ religionum libertate, vel Augustanæ professionis indulgentiâ, aut si intra suam cuique conscientiam sacrorum licentiam permitteret. Sinceram pacem condicionibus emi, non bello. Maximam populi partem fauere nouitatibus. Vinci sectarios posse, debellari non posse. Nec amicos fore cre-*

reciperent, vltionem minabantur. Quorum iras Megemus generosè despexit, totámque Geldriam studio partium in fide continuit.

Arenbergium eadem in Frisiâ tentantem fortuna destituit. Plerisque vrbibus peruicaciam induentibus, fraude præfectorum, quorum multi Coniuratis accesserant.

Maioris operis erat Tornacenses componere. Molbaisius arcis præfectus recenti Iconomachorum facinore irritatus, magno terrore ciuitatem percellebat. Et tanquam semper erupturus cum militari præsidio, trepidam plebem conficiebat vigilijs. Cæterùm fœdere cum Gubernatrice icto, duo è coniuratis illò adueniunt. Populúmque velut arbitri ciuilis discordiæ, inuitabant ad pacem. Sed cùm hoc vnum potissimùm vrgerent, vt promiscua libertas intrà mœnia fieret, aduersarium sibi magistratum habuere. Durabat enim apud Optimates reuerentia obsequij, quam diuturna contumacia in plebe deleuerat. Gubernatrix eorum, quæ agerentur certior facta, Hornanum,

proficisci eò iubet. Sciebat enim non ingratum sectarijs, tantisque incommodis ciuitatem auctoritate suâ liberare posse. Vrbem appropinquanti, multitudo obuiam effusa, *Viuant Geusij* certatim inclamauit. In primis autem ciuibus imperauit, *adempta templa catholicis redderent. Extra mœnia quo placeret loco, sectarij concionarentur. Ministri Belgæ essent. Nec plures duobus admitterent.* Sed aduersus has leges Ministri fremebant; *ædes sacras in vsum populi structus esse. Populum ibi intelligi, non vbi patres, aut catholici; sed quà maior pars consisteret. Reliquam se multitudinē numero superare. Neque interim tædere condicionum; modò ad erigenda sibi templa tributum omnibus senatus indiceret. Id sæpe antea à maioribus factū. Publica ædificia omnium ære lui debere.* Contrà magistratus, *templa in nullius esse domino,* dixerunt. *Patere cunctis, eo sacrario ad preces vti volentibus. In alios verò vsus transferri non posse sine iniuriâ ciuium, priscam religionem colentium. Parum ad rem attinere, secta-*

ctarij numero præstarent. Forte haut pauciores pro catholicis, at meliores certè consistere. Imaginem ibi populi, hic senatum esse; vt sciamus illâ parte factiones, hac stare rempublicam. Struerent itaq; templa suo impendio. Nihil in hoc se aduersari. Malè enim cum catholicis ageretur, si tot iniuriis damnisq; affecti, ad onus præterea astringerentur pensitandæ pecuniæ, quam rectius templorum suorum ornamentis, tam fœdè spoliatis, impenderint. His vtrimque auditis Hornanus ratas esse voluit leges. Sectarios protenus cedere templis iussit. Stipem quantam quisq; vltrò conferret permittens accipere. Sed non ideò sectarij parebant. Concionibus acrius intenti, forum & templa muniebant excubijs. Dissimulante primùm Hornano vetandi pudore, an metu; & mox quod palam abnuerat indulgente, fœdâ inconstantiâ. Cuius turbidum, ac mutabile ingenium Coniurati obsederant, flectebántque. Molbaisius turbari leges ægrè passus, iræ stimulos vix cohibebat. Ita vt interdum cogitaret in inconditum &

confusum vulgus militem immittere. Deterrebat tamen eum facti atrocitas, ne eadem ruina bonos pariter malósque obrueret. Coniuratos interim extemplò cedere vrbe iussit. Gubernatrici quoque scripsit quid placeret fieri. At illa de ciuitatis discrimine anxia, quæsito prætextu Hornanum accersiuit in curiam, secretario Torrio in locum eius misso. Maior inde tumultus in populo exarsit. Sectarij cum supercilio Torrium audebant despicere. Nec languidiùs pro libertate cernebant, quàm ille pro lègibus ab Hornano descriptis. Turbante cuncta Taffino isto, de quo ante habita mentio est. Nec finis certaminum apparebat: cùm Molbaisius misit ad Ministros, qui iuberet eos protenus leges admittere, vel tergiuersationē se pro defectione accepturum. Tristi hac denuntiatione lenita est sectarijs vtcumque ferocitas. Præfecto igitur referri iubent; si catholici abstinerent à violentis consilijs; si concionibus, psalmorum concentibus, sacramentis, matrimonijs, ægrorum visitationibus, sepulturis, conuentibus, consistorijs, col-

loquijs

loquijs, ſynodíſque ſuis non vim, non turbas dederint: ſi catechizandi, ſcholas aperiendi, ſcripturáſque legendi promiſcuam licentiam fecerint, & in hæc idonea cautio traderetur; in ſe moram non fore conſentiendi in leges, quas aliâ condicione detrectarent accipere. Grauia hæc magiſtratibus viſa. Itaque Miniſtros alium ab alio ſeorſim aggreſſi, orabant, paterentur ſe eſſe in poteſtate. Imminere grauem ciuitati Molbaiſium, eruptionem militum vtcumque ſuſtinere poſſint, tamen non ſine clade experturos. Surdæ erant Miniſtrorum aures ad ſaniora conſilia. Torrius infectis rebus Bruxellam rediit. Molbaiſius autem quanquam iuſtâ irâ accenſus, vltionem tamen diſtulit; intentiùs cauens ne quid moueretur à ſectarijs, magnâ libertate ius in plebem exercentibus, quod malignitas temporum ſeditioſiſſimo cuique indulſerat.

Non minori cõtumacia Valencenenſes agitabãtur. ad eos quoq; duo è Coniuratis diuerterãt. Quos Noircarmius ſtatim oppido eiecit, paci

paci ſtudens, ciuéſque prouocans ad condiciones, quarum ſumma hæc eſt. *Pactis fœderatorum ſtanto. Templa catholicis reſtituuntor. Miniſtri Belgæ ſunto. Intra mœnia ne concionanto. Semel in ſeptimanâ extra muros ciuitatis fas eſto.* Erat in vrbe Miniſter quidã nomine Grangius, linguâ admodum procax, qui per turbulentiam ingenij cæterorum inſaniam ſupergreſſus, mirabili conſenſu plebẽ deuinxerat. Vnus ille pacta, in ſui maximè necem conſcripta, non probauit. Erat enim oriundus è Galliâ. Et hinc ſuſpectior eſſe cœperat, ne rempublicam (quod facillimum factu erat) ad peregrinos traheret. Crebris itaque concionibus detonare cœpit in leges, quæſitíſque ſuſpicionum cauſis in peius omnia attollere. Tradito tunc more, quemadmodum in omni populari regimine, vt actionibus magiſtratuum, legibus, & reipublicæ, ſacrificuli iſti, ſub pietatis ſpecie, ſeditioſâ aut venali linguâ, paſſim illudant. Soli enim loquuntur ad populum, quẽ honeſto nomine atrociter exagitant in ſuam libidinem; prauè æſti-

æſtimantes quidquid illis non allubeſcit. Inde non pauci ad Grangium reſpicere. Actóque in ſuffragia populo haut aliter conſentiebant in leges, quàm ſi duo ſibi templa cum Miniſtris relinquerentur. Quibus auditis Noircarmius excanduit, & Valencenenſium delegatos Cameracum ad ſe accerſit. Venere ex Optimatibus Antonius Poiurius Roſelij dominus, Nicolaus Viuienus, Franciſcus Oultremannus; è ſectarijs Vincentius Reſtaldius, homo audax, perinde factioſus. Noircarmius paucis inſimulatos, monere cœpit, vt leges quas Antverpienſes, quas Gandauenſes receperant, & ipſi admitterent; locũ ſe aſſignaturum extra mænia, vbi ſuo ritu facere poſſent ſine cuiuſpiam iniuriâ, quoad Generalium Ordinum comitia ſuccederent. Effecturum denique, vt alterum in ſeptimanâ diem Gubernatrix concionaturis adijciat. Hæc oppidanis renuntiari iubebat, & ſi placerent, ocius ad ſe reuerti. Res itaque defertur ad multitudinem. Cæterum Grangius, acerbiſſimis queſtibus cuncta

permiſcuit. Quamlibet potius fortunam ſubiturum ſe proclamans, quàm has leges pateretur imponi. Et ſi armis agendum eſſet, Galliarum ſocietatem oſtendebat. Delegati ergo re infectâ ad Noircarmium perueniunt. Cúmque de Miniſtrorum genio grauiter quererentur, quòd populi mentem auertiſſent in tumultus; *Videte*, inquit ille; *etiam atq; etiam ciues, quid faciatis. Sciatis licet, aut recepturos vos leges meas, aut pro hoſtibus me habiturum.* Ingemuerunt Optimates ad hanc vocem. Vocatóq; rurſus populo in concilium, potentiſſimum quemque ex plebe orare cœpere, miſerarētur ciuitatis cito perituræ vnius amentiâ. Ne tantùm concederent Miniſtro, vt in gratiam eius patriæ excidium quærerent. Scire enim, ex vno illo capite pendere momēta præſentis cōcordiæ. Cum hæc pluribus & ſingulis diuerſi inculcarent, perpulere tandem multitudinem ad condiciones. Sectarios deinde pœnitentia cœpit. Noircarmio enim locum templi deſignaturo, nemo eorum adeſſe ſuſtinuit. Quâ contumeliâ irritatus, indignatione exarſit. Verbíſque
quæ

quæ ſuggerebat ira, inſanientium vecordiam accuſans, conterminarum vrbium præſidia contrahit. Subitis quoque delectibus aliquot militum effecit, qui diuexarent oppidanos, agróſque ex omni parte popularentur.

Rex in Hiſpania de remedio conſuleat.

Dum hæc in Belgio geruntur, interim Rex Philippus crebris litteris à Gubernatrice cõficiebatur. Occultis curis grauem, febris excepit. Neque ideò negotium, quo tunc maximè angebatur deſtituit. Itaque ſuorum præcipuos in curiam vocans, tradidit eis Gubernatricis codicillos, & quid auctores ſibi forent deſpicere iuſſit. Quidam ex illis altiùs exorſi; *Hæc tot mala*, dicebant, *non adeò Iconomachorum, quàm ſectariorum; neq; Coniuratorũ magis, quàm Procerum culpâ accidere. Quatuor eſſe genera hominum libertati ſtudentium. Inter eos primos Iconomachos, ſectariorum ſatellites, ad nefanda illa ſcelera pretio conductos. Quippe ſectarios occultâ malignitate ab his ſecretos, in ſecundis conſiſtere. Inde ſuccedere Coniuratos, quorum fiduciâ ſectarij iniere conſilia in*

 publi-

publicam pacem. Qui verò hi sint, aut vnde processerint, facilè sciet, quisquis priuatis neceßitudinibus Proceribus annexos intelliget. Etenim quarto gradu Proceres censendos esse, qui Coniuratis statim adfuere, priuatis publicisq; affectibus. Prorsùs, ne quis ambigeret, totam hanc procellam ex illis nubibus erupisse. Proinde rectè æstimantibus, habendos esse caput, & causam malorum omnium. Nec id quidem Iconomachos dißimulasse. palam iactantes, hanc se licentiam, hæc facinora vsurpauisse illis consentientibus. Nam & publicatos esse codicillos sub nomine Procerum, Generalium Ordinum comitia Coniuratis addicentium. Ad hæc accedere, quòd cum pridie Augusti reserarentur litteræ Regis, quibus ille comitia in aduentum suum differri præceperat: postridie Idus sacrilegia, & incendia paßim, & vndique erupisse. Imo ipso die quo manè Antverpiam Auriacus destituerat, vesperè in monasteria, & templa impetum factum. Nec inter tot nefanda facinora repertum esse, qui ferrum stringeret. Sed

econ-

econtra quoties Rex scripsisset de rebus ad religionem pertinentibus, si quid in his libertati conduceret, id ipsum Proceres statim amplexos esse; cætera verò ad incolumitatem sacrorum spectantia solerti ratione fastidijsse, tanquam minùs apta temporibus, & intuta reipublicæ. Sic ergò à malo in peius cottidie transeundo, postremò libertatem, quam tantopere optauerant, fœderibus, & pactis indulsisse populo. Sed non ignari, voluntati Regis licentiam illam aduersari, corroborare velle Generalium Ordinum comitijs. Hæc esse vulnera reipublicæ, in quæ quærendũ sibi esset remedium. Tum verò itum est in suffragia. Tissenacquius, & Hoperus, *properandum Regi in Belgium* censebant. *Necdum adeo seditiones inualuisse. Sed si moram hìc otiosus traxerit, concessuras in partes ciuitates, concessuras prouincias, apud quas præualescet Procerum amor, si duces se monstrauerint. Seditiosa consilia pernitiosos exitus sequi; ni in tempore adhibeatur remedium.* Cum aduersus hæc alij instantem hyemem, & ini-

publicam pacem. Qui verò hi sint, aut vnde processerint, facilè sciet, quisquis priuatis necessitudinibus Proceribus annexos intelliget. Etenim quarto gradu Proceres censendos esse, qui Coniuratis statim adfuere, priuatis publicisq; affectibus. Prorsùs, ne quis ambigeret, totam hanc procellam ex illis nubibus erupisse. Proinde rectè æstimantibus, habendos esse caput, & causam malorum omnium. Nec id quidem Iconomachos dissimulasse. palam iactantes, hanc se licentiam, hæc facinora vsurpauisse illis consentientibus. Nam & publicatos esse codicillos sub nomine Procerum, Generalium Ordinum comitia Coniuratis addicentium. Ad hæc accedere, quòd cum pridie Augusti reserarentur litteræ Regis, quibus ille comitia in aduentum suum differri præceperat: postridie Idus sacrilegia, & incendia passim, & vndique erupisse. Imo ipso die quo manè Antverpiam Auriacus destituerat, vesperè in monasteria, & templa impetum factum. Nec inter tot nefanda facinora repertum esse, qui ferrum stringeret. Sed

econ-

econtra quoties Rex ſcripſiſſet de rebus ad religionem pertinentibus, ſi quid in his libertati conduceret, id ipſum Proceres ſtatim amplexos eſſe; cætera verò ad incolumitatem ſacrorum ſpectantia ſolerti ratione faſtidijſſe, tanquam minùs apta temporibus, & intuta reipublicæ. Sic ergò à malo in peius cottidie tranſeundo, poſtremò libertatem, quam tantopere optauerant, fœderibus, & pactis indulſiſſe populo. Sed non ignari, voluntati Regis licentiam illam aduerſari, corroborare velle Generalium Ordinum comitijs. Hæc eſſe vulnera reipublicæ, in qua quærendũ ſibi eſſet remedium. Tum verò itum eſt in ſuffragia. Tiſſenacquius, & Hoperus, *properandum Regi in Belgium* cenſebant. *Necdum adeo ſeditiones inualuiſſe. Sed ſi moram hìc otioſus traxerit, conceſſuras in partes ciuitates, conceſſuras prouincias. apud quas præualeſcet Procerum amor, ſi duces ſe monſtrauerint. Seditioſa conſilia pernitioſos exitus ſequi; ni in tempore adhibeatur remedium.* Cum aduerſus hæc alij inſtantem hyemem, & ini-

quitatem maris causarentur; *Nos tamen,* inquit Tissenacquius, *fieri non posse credimus, vt ciuilis illa tempestas aliter detumescat, quàm si aduentu suo Rex occupauerit. Haut aliâ ratione Carolus Cæsar seditiones sedauit. Eius placita nobis vice legis seruanda sunt. Ille ad vnius ciuitatis Gandauensis motum, etiam hæreditariys hostibus in caput suum potestatem fecit. Per Gallias, quas toties concusserat, festinare non timuit. Tumultus eius euentus docuit, alios esse populi animos absente Principe, alios præsente. Gandauenses hactenus feroces, ne portas quidem ciuitatis venienti clausere. Nulloque momento subacti sunt, qui forte patientiâ & dissimulatione Cæsaris, in nexum ægrè soluendum coituri fuerant. Sed illum aliena stultitia, aut sua fortuna magis, quàm prudentia protexit. In hac ego pericula Regem non accerso, vt per Galliam iter instituat. Profecturo patet Italia, ne cogatur externis dubiisque*

genti-

gentibus, aut inconstantiæ Oceani credere salutem suam. Maiora profectò nos sollicitant, quàm vt vnius ciuitatis curemus insaniam. Iam Gandauum, Antverpia, Tornacum, breuiter iam totæ gentes & prouinciæ in tumultus feruntur. Quid igitur adhuc moramur? An donec etiam sana & intergra omnia contagio corripiat? atque in confusionem prouinciæ veniant? Nam Gubernatrix quoque proximis suis litteris Regi denuntiat, haut vltrà, quàm in calend. Octob. rempublicam in tranquillitate retineri posse. Videtis quantùm absumus ab exitio, nisi accidimus in tempore malum, cunctatione Regis propè adultum. Obstandum est principijs, ne morbus diuturinitate valentior, omnem postea medicinam reformidet. Tissenacquius omnibus videbatur optimè dixisse. Sed dum profectioni tempus præstituerent, quid interim respondendum esset Gubernatrici, consultant. Nam hoc ipsum tunc potissimùm Rex quærere.

proficisci eò iubet. Sciebat enim non ingratum sectarijs, tantísque incommodis ciuitatem auctoritate suâ liberare posse. Vrbem appropinquanti, multitudo obuiam effusa, *Viuant Geusij* certatim inclamauit. In primis autem ciuibus imperauit, *adempta templa catholicis redderent. Extra mœnia quo placeret loco, sectarij concionarentur. Ministri Belgæ essent. Nec plures duobus admitterent.* Sed aduersus has leges Ministri fremebant; *ædes sacras in vsum populi structas esse. Populum ibi intelligi, non vbi patres, aut catholici; sed quà maior pars consisteret. Reliquam se multitudinẽ numero superare. Neque interim tædere condicionum; modò ad erigenda sibi templa tributum omnibus senatus indiceret. Id sæpe antea à maioribus factũ. Publica ædificia omnium ære lui debere.* Contrà magistratus, *templa in nullius esse domino,* dixerunt. *Patere cunctis, eo sacrario ad preces vti volentibus. In alios verò vsus transferri non posse sine iniuriâ ciuium, priscam religionem colentium. Parum ad rem attinere, secta-*

ctarij numero præstarent. Forte haut pauciores pro catholicis, at meliores certè consistere. Imaginem ibi populi, hic senatum esse; vt sciamus illâ parte factiones, hac stare rempublicam. Struerent itaq; templa suo impendio. Nihil in hoc se aduersari. Malè enim cum catholicis ageretur, si tot iniuriis damnisq; affecti, ad onus præterea astringerentur pensitandæ pecuniæ, quam rectius templorum suorum ornamentis, tam fœdè spoliatis, impenderint. His vtrimque auditis Hornanus ratas esse voluit leges. Sectarios protenus cedere templis iussit. Stipem quantam quisq; vltrò conferret permittens accipere. Sed non ideò sectarij parebant. Concionibus acriùs intenti, forum & templa muniebant excubijs. Dissimulante primùm Hornano vetandi pudore, an metu; & mox quod palam abnuerat indulgente, fœdâ inconstantiâ. Cuius turbidum, ac mutabile ingenium Coniurati obsederant, flectebántque. Molbaisius turbari leges ægrè passus, iræ stimulos vix cohibebat. Ita vt interdum cogitaret in inconditum &

confusum vulgus militem immittere. Deterrebat tamen eum facti atrocitas, ne eadem ruina bonos pariter malósque obrueret. Coniuratos interim extemplò cedere vrbe iussit. Gubernatrici quoque scripsit quid placeret fieri. At illa de ciuitatis discrimine anxia, quæsito prætextu Hornanum accersiuit in curiam, secretario Torrio in locum eius misso. Maior inde tumultus in populo exarsit. Sectarij cum supercilio Torrium audebant despicere. Nec languidiùs pro libertate cernebant, quàm ille pro lègibus ab Hornano descriptis. Turbante cuncta Taffino isto, de quo ante habita mentio est. Nec finis certaminum apparebat: cùm Molbaisius misit ad Ministros, qui iuberet eos protenus leges admittere, vel tergiuersationē se pro defectione accepturum. Tristi hac denuntiatione lenita est sectarijs vtcumque ferocitas. Præfecto igitur referri iubent; si catholici abstinerent à violentis consilijs; si concionibus, psalmorum concentibus, sacramentis, matrimonijs, ægrorum visitationibus, sepulturis, conuentibus, consistorijs, colloquijs

loquijs, synodísque suis non vim, non turbas dederint: si catechizandi, scholas aperiendi, scripturásque legendi promiscuam licentiam fecerint, & in hæc idonea cautio traderetur; in se moram non fore consentiendi in leges, quas aliâ condicione detrectarent accipere. Grauia hæc magistratibus visa. Itaque Ministros alium ab alio seorsim aggressi, orabant, paterentur se esse in potestate. Imminere grauem ciuitati Molbaisium, eruptionem militum vtcumque sustinere possint, tamen non sine clade experturos. Surdæ erant Ministrorum aures ad saniora consilia. Torrius infectis rebus Bruxellam rediјt. Molbaisius autem quanquam iustâ irâ accensus, vltionem tamen distulit; intentiùs cauens nè quid moueretur à sectarijs, magnâ libertate ius in plebem exercentibus, quod malignitas temporum seditiosissimo cuique indulserat.

Non minori cōtumacia Valencenenses agitabātur. ad eos quoq; duo è Coniuratis diuerterāt. Quos Noircarmius statim oppido eiecit,

paci

paci ſtudens, ciueſque prouocans ad condi-
ciones, quarum ſumma hæc eſt. *Pactis fœde-
ratorum ſtanto. Templa catholicis reſtituun-
tor. Miniſtri Belgæ ſunto. Intra mœnia ne
concionanto. Semel in ſeptimanâ extra muros
ciuitatis fas eſto.* Erat in vrbe Miniſter quidã
nomine Grangius, linguâ admodum procax,
qui per turbulentiam ingenij cæterorum in-
ſaniam ſupergreſſus, mirabili conſenſu ple-
bẽ deuinxerat. Vnus ille pacta, in ſui maximè
necem conſcripta, non probauit. Erat enim
oriundus è Galliâ. Et hinc ſuſpectior eſſe
cœperat, ne rempublicam (quod facillimum
factu erat) ad peregrinos traheret. Crebris
itaque concionibus detonare cœpit in leges;
quæſitiſque ſuſpicionum cauſis in peius om-
nia attollere. Tradito tunc more, quemadmo-
dum in omni populari regimine, vt actio-
nibus magiſtratuum, legibus, & reipublicæ,
ſacrificuli iſti, ſub pietatis ſpecie, ſeditiosâ aut
venali linguâ, paſſim illudant. Soli enim lo-
quuntur ad populum, quẽ honeſto nomine
atrociter exagitant in ſuam libidinem; prauè

æſti-

æstimantes quidquid illis non allubescit. Inde non pauci ad Grangium respicere. Actóque in suffragia populo haut aliter consentiebant in leges, quàm si duo sibi templa cum Ministris relinquerentur. Quibus auditis Noircarmius excanduit, & Valencenensium delegatos Cameracum ad se accersit. Venere ex Optimatibus Antonius Poiurius Roselij dominus, Nicolaus Viuienus, Franciscus Oultremannus; è sectarijs Vincentius Restaldius, homo audax, perinde factiosus. Noircarmius paucis insimulatos, monere cœpit, vt leges quas Antverpienses, quas Gandauenses receperant, & ipsi admitterent; locū se assignaturum extra mænia, vbi suo ritu facere possent sine cuiuspiam iniuriâ, quoad Generalium Ordinum comitia succederent. Effecturum denique, vt alterum in septimanâ diem Gubernatrix concionaturis adijciat. Hæc oppidanis renuntiari iubebat, & si placerent, ocius ad se reuerti. Res itaque defertur ad multitudinem. Cæterum Grangius, acerbissimis questibus cuncta

permiſcuit. Quamlibet potius fortunam ſubiturum ſe proclamans, quàm has leges pateretur imponi. Et ſi armis agendum eſſet, Galliarum ſocietatem oſtendebat. Delegati ergo re infectâ ad Noircarmium perueniunt. Cúmque de Miniſtrorum genio grauiter quererentur, quòd populi mentem auertiſſent in tumultus; *Videte*, inquit ille; *etiam atq; etiam ciues, quid faciatis. Sciatis licet, aut recepturos vos leges meas, aut pro hoſtibus me habiturum.* Ingemuerunt Optimates ad hanc vocem. Vocatóq; rurſus populo in concilium, potentiſſimum quemque ex plebe orare cœpere, miſerarētur ciuitatis cito perituræ vnius amentiâ. Ne tantùm concederent Miniſtro, vt in gratiam eius patriæ excidium quærerent. Scire enim, ex vno illo capite pendere momēta præſentis cōcordiæ. Cum hæc pluribus & ſingulis diuerſi inculcarent, perpulere tandem multitudinem ad condiciones. Sectarios deinde pœnitentia cœpit. Noircarmio enim locum templi deſignaturo, nemo eorum adeſſe ſuſtinuit. Quâ contumeliâ irritatus, indignatione exarſit. Verbíſque

quæ

quæ ſuggerebat ira, inſanientium vecordiam accuſans, conterminarum vrbium præſidia contrahit. Subitis quoque delectibus aliquot militum effecit, qui diuexarent oppidanos, agróſque ex omni parte popularentur.

Dum hæc in Belgio geruntur, interim Rex Philippus crebris litteris à Gubernatrice cõficiebatur. Occultis curis grauem, febris excepit. Neque ideò negotium, quo tunc maximè angebatur deſtituit. Itaque ſuorum præcipuos in curiam vocans, tradidit eis Gubernatricis codicillos, & quid auctores ſibi forent deſpicere iuſſit. Quidam ex illis altiùs exorſi; *Hæc tot mala*, dicebant, *non adeò Iconomachorum, quàm ſectariorum; neq; Coniuratorũ magis, quàm Procerum culpâ accidere. Quatuor eſſe genera hominum libertati ſtudentium. Inter eos primos Iconomachos, ſectariorum ſatellites, ad nefanda illa ſcelera pretio conductos. Quippe ſectarios occultâ malignitate ab his ſecretos, in ſecundis conſiſtere. Inde ſuccedere Coniuratos, quorum fiduciâ ſectarij iniere conſilia in publi-*

Rex in Hiſpania de remedio conſultat.

publicam pacem. Qui verò hi ſint, aut vnde proceſſerint, facilè ſciet, quiſquis priuatis neceßitudinibus Proceribus annexos intelliget. Etenim quarto gradu Proceres cenſendos eſſe, qui Coniuratis ſtatim adfuere, priuatis publicisq; affectibus. Prorsùs, ne quis ambigeret, totam hanc procellam ex illis nubibus erupiſſe. Proinde rectè æſtimantibus, habendos eſſe caput, & cauſam malorum omnium. Ne id quidem Iconomachos dißimulaſſe. palam iactantes, hanc ſe licentiam, hæc facinora vſurpauiſſe illis conſentientibus. Nam & publicatos eſſe codicillos ſub nomine Procerum, Generalium Ordinum comitia Coniuratis addicentium. Ad hæc accedere, quòd cum pridie Auguſti reſerarentur litteræ Regis, quibus ille comitia in aduentum ſuum differri præceperat: poſtridie Idus ſacrilegia, & incendia paßim, & vndique erupiſſe. Imo ipſo die quo manè Antverpiam Auriacus deſtituerat, veſperè in monaſteria, & templa impetum factum. Nec inter tot nefanda facinora repertum eſſe, qui ferrum ſtringeret. Sed

econ-

econtra quoties Rex scripsisset de rebus ad religionem pertinentibus, si quid in his libertati conduceret, id ipsum Proceres statim amplexos esse; cætera verò ad incolumitatem sacrorum spectantia solerti ratione fastidijsse, tanquam minùs apta temporibus, & intuta reipublicæ. Sic ergò à malo in peius cottidie transeundo, postremò libertatem, quam tantopere optauerant, fœderibus, & pactis indulsisse populo. Sed non ignari, voluntati Regis licentiam illam aduersari, corroborare velle Generalium Ordinum comitijs. Hæc esse vulnera reipublicæ, in quæ quærendũ sibi esset remedium. Tum verò itum est in suffragia. Tissenacquius, & Hoperus, *properandum Regi in Belgium* censebant. *Necdum adeo seditiones inualuisse. Sed si moram hic otiosus traxerit, concessuras in partes ciuitates, concessuras prouincias. apud quas præualescet Procerum amor, si duces se monstrauerint. Seditiosa consilia pernitiosos exitus sequi; ni in tempore adhibeatur remedium.* Cum aduersus hæc alij instantem hyemem, & ini-

gentibus, aut inconstantiæ Oceani credere salutem suam. Maiora profectò nos sollicitant, quàm vt vnius ciuitatis curemus insaniam. Iam Gandauum, Antverpia, Tornacum, breuiter iam totæ gentes & prouinciæ in tumultus feruntur. Quid igitur adhuc moramur? An donec etiam sana & intergra omnia contagio corripiat? atque in confusionem prouinciæ veniant? Nam Gubernatrix quoque proximis suis litteris Regi denuntiat, haut vltrà, quàm in calend. Octob. rempublicam in tranquillitate retineri posse. Videtis quantùm absumus ab exitio, nisi accidimus in tempore malum, cunctatione Regis propè adultum. Obstandum est principijs, ne morbus diuturinitate valentior, omnem postea medicinam reformidet. Tissenacquius omnibus videbatur optimè dixisse. Sed dum profectioni tempus præstituerent, quid interim respondendum esset Gubernatrici, consultant. Nam hoc ipsum tunc potissimùm Rex quærere

vide-

consilium. Nec in mentem inducere posse, quid absente se allatura sint ad reprimendam insaniam istorum hominum. Illud vnum affirmare, magnum inde propendere periculum, ne in libertatem & confusionem religio erumpat. Conscientiæ suæ graue fore, nec minùs indecorum maiestati, sensum rectum, & confirmatum deponere ex subditorum libidine. Nihil concedendū esse vecordiæ. Sempérq; homines, quantamcumq; libertatem adepti sint, aspirare tamen ad maiorem. Nullà vi cessuri, si semel aditum fecerint. Conterminorum Regum exemplo, ab eiusmodi consilio deterreri. Saniora videri remedia, si ferro eniteretur, & vi armatà vim reprimeret. Quantùm ad sanitatem animorum id conducat, illarum prouinciarum exemplo admoneri, quæ hac potissimùm arte nequitiam supplantant. Pecuniam & arma in expedito esse. Nec de Magnatum fide dubitare, quorum multos sciret fidos sibi, & religioni addictos coniunctis viribus vindicaturos publicam pacem, suásque vlturos iniurias. Secretioribus autem litteris

Gubernatricem monebat, ne quo pacto auctoritatem adijceret comitijs Ordinum. Et si forte inuitâ eâ indicerentur, tanquam minùs legitima excuteret, quæ sine consensu principum contrahi non possent.

Ijsdem diebus litteræ ab Imperatore allatæ sunt Regi. Magnoperè autem suadebat; *ne vindictam præcipitaret. Vi agendo, ciuile bellum incipi. Religionem Catholicam multis in Germaniâ principibus exosam esse, cum quibus necessitudines, affinitatésq; Proceribus Belgarum intercederent. Valida inde auxilia exciri posse à desperatis, nihil segnius dimicaturis pro salute, quàm ipse pro religione, atque imperio. Crudele bellum cum ciuibus sumi. Victo sibi periculosum, victori funestum. Nec semper pro meliori causâ stare fortunam. Quocumq; tandem inclinaret victoria, ingēti calamitate deformaturam prouincias. Benignus facilísq; ciuibus esset, maloque caueret mitioribus consilijs. Suam in hæc operam se promittere.*

Hæc in eum modum scribebantur; cum in

Belgio magis apertum bellum non erat, quàm tranquillitas. Velut exercitatum ventis mare, non confestim & subitò; sed per gradus mitescit. Et quamuis remittatur ira tempestatis, ardere tamen non desinunt spumarum attritus, & securitatem nauigantium interrumpere. Vt adhuc nemo aliquis publicis auspicijs arma corripere; ita multi turbare ciuitatum pacem. Auctâ per impunitatem licentiâ, genioque sectæ in discordias natæ, denique multorum animis ad seditionem propendentibus. Honscotanus quidã Minister, in conspectu vrbis Alostensis concionari ausus, & ab oppidanis comprehensus, ad aliorum terrorem à Backerselio in patibulũ mittitur. Quippe per leges fœderis concionari ibi fas non erat. Quia in illum diem licentiam sacrorum nemo vsurpauerat. Ex aliâ parte magistratus Axellanus in Flandriâ, paucos Iconomachos in atroci cogitatione occupatos corripuit. Quos raptis properè telis multitudo exemit. Sed Backerselius iunctis sibi centum equitibus, tumultuantes ante oppres-

ſit, quàm veniſſe ſenſerant. Legibúſque actum in ſontes. Siquidem Backerſelius, non in ſpeciem, vt Coniuratorum multi; ſed quomodo optimus quiſque tranquillitati ſtuduit. Axellenſem motum Furnenſis excepit. Nam & ibi aliquot Iconomachi, manifeſti ſceleris comperti, ſeruabantur ad ſupplicia. Neſcio quis procurator, dum ſubuenire eis ſtudet, audaciſſimum facinus aggreſſus eſt. Mille circiter ſortis ſuæ homines ad auxilium inflammauit. Hac multitudine fretus, vrbem vi inuadere conſtituit, Catholicóſque omnes cum ſacerdotibus interficere, vt ex captiuis poſtea reſcitum eſt. Inſtructos ordines intempeſtâ nocte oppido admouit. Iamque in mænia euadere cœperant: cùm plebs vrbana frementium tumultu excitata, & tela corripiens, armata corpora obiecit ſcandentibus. Nullo militari ordine ruentes facilè proturbauit. Nam plures vndique ciues ſtatim affluxerant, denſiſque agminibus complebant mænia. Territi igitur Sectarij, dedere receptui ſignum.

num. Quò euaſerint, qui eſſent, aut vnde veniſſent ſciri non potuit. adeò poſtridiè ex tantâ multitudine nemo apparuit; præter vnum, alterumue captiuum, accepto vulnere retardatum ſequi. Viginti ex ſectarijs cecidere. Iiſdem diebus Delfenſes in Hollandiâ muliebri veſte occultati, Franciſcanos trucidauere. Cartuſiani ab Amſterdamenſibus eodem furto petiti ſunt. Per idem tempus, quidam Barlaimontius, genere ſpurius, Antverpiæ rurſus Iconomachos conduxit ad ſacrilegium. Quinquaginta omnino erant. & iam in templum B. Virginis nefarias manus immittere cæperant: cùm à prætereuntibus occluſæ ſunt fores. Retentíſque intus captiuis mox Hoochſtratanus ſuperuenit cum ſatellitibus. Primo impetu quatuor confecit. Reliqui ad genua eius prouoluti, inditíſque vinculis, poſtridie omnes vnà cum egregio illo redemptore mittuntur in crucem. Hinc ſectarios quiſq; criminari cæpit; tanquam quietis impatientes, partâ iam libertate ad nouorum ſcelerum occaſionem

abuterentur? Manifestius flagitium erat sub certo auctore, quàm vt purgari posset. Nec Ministros vtique latebat, potissimùm se vapulare sub vnius inuidiâ. Componunt itaque codicillos ad Hoochstratanum; quorum forma talis erat. *Egregia tua virtus conscientia nostra fiduciam tribuit. Defensionem non paramus hesterni facinoris. Neminem hic excusaturi venimus. Pacis interuersores non merentur patrocinium. Rogamus tantùm, ne maleuolorum iudicijs plus æquo tribuas, vel patrati sceleris infamiam in innoxios inclines. Vnius peccatum, imò vnius potiùs amentia fuit. Quasi verò ad stabiliendam religionem nostram opus fuerit ad nefarias artes confugere. Fides est donum Dei; quam nulla vis vnquam persuaserit hominibus. Proinde si consulere velis saluti publicæ, promiscuam libertatem indulge ciuibus, vni Principi, vni magistratui obnoxijs, onera denique ciuitatis ex æquo tolerantibus. Quam multis hodiè Principibus ad tranquillitatem profuerit va-*

num eſt deſcribere. Neque ad rem attinet, quid alij fecerint. Neceſſarium hoc remedium ducimus, quando ſolida pax aliter haberi non poteſt. Quamobrem ſi nobis hoc beneficium præſtiteris, ter centena aureorum millia pendemus ærario, mercedem tantæ beneuolentiæ. Vanam hanc arrogantiam, viriúmque ſuarum iactationem, non ſine riſu Hoochſtratanus percurrit, tranſmiſitque legendam Gubernatrici.

Ea tum forte pietati intentior, procurabat publica vota pro partu Reginæ, quæ in æde D. Gudulæ ſolemni pompâ perſoluebat. Stabant ad fores armati in præſidium. Simul ab aditu geminum ordinem ſatellites in longum porrexerãt, ne quis armatus ingrederetur viam definientes intrantibus. Magna quoq; lætitię ſigna populus oſtendit, feſtiuis ignibus noctẽ illuſtrans. Quaſi ex tunc publicis gaudijs fortunã Belgarum deſtinãtibus Eugeniæ. & verè Eugeniæ, hoc eſt; in ipſis turbarũ initijs natæ, vt aliquando eſſet, quæ pietate, vitæque exemplo, labentem reſtitueret religionem,

vul-

vulneráque refoueret reipublicæ, tot millium ſanguine inundata.

Inter quæ Valencenenſes in aulam delectos miſerant, queſturos de iniuriâ militum. Domi tamen vt hoſtes bellum inſtruebant. Palantes per agros milites alios capiunt, plures obtruncant. Imminentes vrbi domos euertunt, tormenta mænibus admouent, aggeréſque erigunt, & quidquid validiſſimis vrbibus repertum eſt tolerando obſidio. Adhæc Carthuſianorum monaſterium in proximis deſtruunt, odio, irâ, ſimul & metu, ne eodem præſidio Noircarmiani receptarentur. Quarum rerum famâ Gubernatrix commota, properè edicit, ne quis militem ſcriberet priuatis auſpicijs. Veredarios extra vnum præfectum, per ſtathmos & manſiones nemo diſponeret. Peregrini Miniſtri Belgio excederent. Adhæc codicillis Noircarmium edocuit, quaquâ ratione Valencenis inferret præſidium militare. Ille moram non fecit imperio. Delectis magiſtratuum ad ſe vocatis, decretum Dominæ aperuit; alteru-

alterutrum accipiendum esse dicens, aut præsidium, aut bellum. Intra paucos milites præsidium fore. Quatuor equitum, sex peditum cohortes statuisse inducere. Eam rem nemini fraudi futuram. Filium suum obsidem offerre. Renuntiarent hæc ciuibus, & cras ad se redirent. Suadere interim, vt voluntate suâ facerent, quod mox coacti facturi essent. Hæc vox audita est non sine omnium gemitu. Quomodo enim tantam rem persuaderent superbo & obstinato populo, cuius necessaria erat auctoritas? Namque ex magistratu, & Optimatibus & plebe ciuitas ea constat. Sed tota vis in plebe erat. Hac dissentiente, cæteri Ordines nihil poterant. Periculosa sub regno reipublicæ forma, nec immeritò suspecta fastigijs. Plebs non ratione, sed impetu fertur, ea tantùm probans quæ libidini suæ conducere senserit, sine respectu vtilitatis publicæ. Meliùs cum eo statu agi experimenta docent, vbi tota plebs sub vno suffragio, cæterorum Ordinum calculo superatur. Sed frustra desideramus bonas leges

in ægrâ atque rebelli ciuitate, nimiâque licentiâ in furorẽ accensâ; vbi cuncta agebantur ex sordidissimorum hominum libidine, quos non tenebat reuerentia principum, non magistratuum: sed vnis Ministris instar Regum dominantibus obnoxij parebant. Igitur Magistratus & optimates inter se deliberatione habitâ, recipienda esse præsidia censebant. Deinde Ministros ad se accersitos hortari cæpere, ne impedimento essent, quò minus idem plebs statueret. Si quid ipsi sibi metuerent, sine fraude vrbe cedere posse. Eam in rem fidem se interposituros. Grangius naturâ turbidus, regnóque populari superbior, ad hæc respondit. *Superuacuam sui sollicitudinem deponerent. Esse numinibus curæ salutem suam. Fidem colentibus Deum adesse. Nec in animo sibi esse studia ciuium destituere. Proinde obmutescere malle, quàm tam perniciosi consilij auctor plebi fieri.* Sub hanc vocem curiâ egressus, multo acrius quàm dixerat tumultuosâ, oratione populum concitauit. Quibus auditis Noir-

carmi-

carminius iræ non temperauit. Adferri protenus catenas, & delegatos ad se missos in vincula duci iussit. Quos post decimum demum diem libertati restituit. Maiores deinde copias ex Hannoniâ, & Cameraco accersit. Abbatiæ S. Amandi, Condato, cæterísque in proximo ciuitatibus præsidia imposuit; ostentaturus bellum, priusquam inferret, vt pœnitentię spatium daret turbatis. Quia crebris populationibus vexati, obsidionísq; metu perculsi tutiora consilia inituri credebantur.

Interea Gubernatrix aduentum Regis fabulantium rumoribus exposuit. Quippe emanari in populum, & ab omnibus sciri tranquillitatis intererat. Inde bonis fiducia crescere: malis verò nutare conscientia cœpit. Differente simul famâ, decreuisse Regem iræ suæ parentare paucorum capitibus. Et ille quidem, re verâ, ingentem dolorem conceperat animo. Hoc ipsum quoque Montignæus perscripserat. Qui cum Bergensi Hispaniâ excedere prohibitus, tanquam captiuus retinebatur. Nemo tunc ferè ex magnatibus gra-

tiam eius epistolis non præoccupauit. Mansveldius, Arenbergius, Megemus, Barlaimontius, Noircarmius, Rassegemius, Vicecomes Gandauensis, Vniuersitas denique Louaniensis, reddebant Regi rationem officij, quod pro republicâ, & religione impenderant. Egmondanus præterea ad Tissenacquium litteras dedit. Siue Regem verè sibi iratum credens, siue augurio augente suspicionem animi, haut perplexè querebatur; *Sinistris rumoribus se vrgeri, tanquam peccasset in officium. Si quid à se peractum Rex vellet, voluntatem suam exprimeret. Æstimaturum fidem suam ex successu. Credere se tamen, prudentiùs facturum, si damnato armorum consilio, cum subditis de tranquillitate transigat. Solidam pacem parari posse conditione, non bello.* Eadem propemodum Auriacus scribebat.

Benignè magnatum litteras excepit Rex. Sed non sine dolore codicillos percurrit, quibus mandauerat Gubernatrix, cuncta in peius procedere. Nulla tamen sermone, aut

vultu

vultu tristitiæ signa prodidit. Affectus enim in potestate semper habuit. Et profectò in illo Rege magnæ eminuere virtutes. Multorum tamen censuram impegit, quòd grauis animus, & ad consilia tardus, nimiâ lentitudine præteruolantem quamque occasionem, tanquam mansuram, prætermitteret. Sed hæc naturæ vitia erant, non morum. gentibúsque illis vnà cum ipso cælo passim hauriuntur: scilicet atrâ bile (quâ potissimùm vrgentur) rapidos animorum motus retinentes cui Galenus medicus constantiam attribuit. Itaque in Belgiũ proficisci certus, amicos secedere iubet, deliberaturos de ratione itineris. In eo concilio ijdem illi fuere quos ante nominauimus; Dux Albanus, Comes Feriæ, Magnus Prior Ordinis S. Ioannis, Archiœconomus Reginæ, Comes de Melito, Archipocomus Principis. Hi omninò ex Concilio Status. Tissenacquius, Hoperus, & Corteuillius è Concilio Belgico. Viri omnes consilio, & auctoritate præstantes, atque eâ tempestate Optimatum præcipui. Consedentibus

bus ijs lectæ sunt Cæsaris litteræ, simul quas è Belgio Gubernatrix, magnatésque transmiserant. Tum de toto negotio disceptando; plerique *non probari sibi* dicebant, *Regem cum subditis condicione transigere. De religione, & obedientiâ hìc agi; id est, de præcipuis neruis reipublicæ. Iustitiâ & constantiâ imperium retineri: iniustitiâ & pusillanimitate dissolui. Proceres cum multitudine peccasse in Regem. Vulnus hoc curandum esse alterutrius sanguine. Clementiam in vtrosque pernitiosam iuxta, ac in vtrosque seueritatem. Satius fore, cum multitudine mitius agere. Ferocißimos ex plebe Rex occideret. Eos qui tumultuantibus accessissent, prouincijs eijceret. Cæteros impunè haberet, vt sint quibus mitem & pacatum animum præstare poßit; ne vltionem quæsisse videatur, non remedium. Crudele fore tot millia togatorum conficere. Intutum ablegare in exilium, ciuile bellum daturos. Aliquot Proceribus ceruices præcideret. Illos turbines afflixisse rempublicam. illos passos esse lasciui-*

re ple-

re plebem. Illos facem subiecisse tumultuantibus. Horum exemplo admonendos esse reliquos, quid Rex possit. Ne impunè discant illudere principi, & in publicam pacem consilia inire. Assuescántque vereri hos motus, tàm magnis expiatos capitibus. Claritudinem exempli supplicium nobilitare. Nullum inde paci periculum. quando pœna ad paucos, indignatio ad infirmos pertingeret. Vulgus enim nullâ sæuitiâ irritatum, timidum & secors, crediturum Proceres meruisse hoc ipsum quod paterentur. Cùm econtra, pari vltione vtrumque Ordinem prouocando, nobilitas populum inuentura sit quem ducat in Regem; populus verò duces, quos in bellum sequatur. Si tamen Cæsar pro noxijs enixè orauerit, hactenus precibus eius deferendum esse, vt pœnitentiâ flexi, accepisse veniam se, non meruisse intelligant. Quamquam satis constaret illas Cæsaris epistolas, nō ab ingenio eius profectas; sed calliditate studioq; Procerum extortas esse. Saxoniæ ducē proximâ affinitate Auriacum attingere. Vxoris eius auunculum esse.

Nec

Nec in animo Cæsaris quemquam Saxone validiorem. Nullam notiorem artem esse, quàm istorum Procerum, per fas, per nefas ad libertatem religionis tendentium. Quò etiam spectarent ipsorum litteræ ad Regem missæ, postulatis Cæsaris ferè congruentes. Iam quosdam eorum, indignatione Regis perculsos, intempestiuo fungi officio, & si quid ab illo mandaretur, executuros se denuntiare. Sed quidquid scriberent, haut aliò collineare, quàm vt ad indulgentiam flectant iratum Principem, summámque imperij retineant in manibus, abusuri deinde in religionis perniciem. Cum hæc, & plura in eam rem disseruissent; tandem ad ea quæ deliberare iussi erant consilium dirigunt. Duo omnino hæc erant; quo comitatu, & quo tempore concedendum esset Regi in prouincias. Albanus, & Feria, nec alias sat concordes, tunc & æmuli, in duas sententias concilium distrahebant. Bello alter, sed alter pace longè præstantissimus. Si armatus proficisceretur Rex, omnis vis & gloria penes Albanum; si inermis

penes

penes Feriam erat. Proinde id consilium vterque in altero damnabat, quo potentia, vel imperium in æmulum recideret. Primus Feria, *modicum agmen traducendum*, censebat; *non socijs per quos transeundum esset, non prouinciis graue; speciem magis fortunæ principalis, quàm exercitus. Non adeo desperatas in Belgio res esse, vt tantis viribus sit opus. Incipientem adhuc, & nundum adultam seditionem compesci posse in ipsis cunabulis. Perculsis tumultuantibus præsentiâ Maiestatis, redituram in animos formidinem redíturum obsequium. Quod rebellantibus Gandauensibus olim acciderat. In quos Carolus Cæsar nullum hinc traduxit exercitum. Remedium omne in celeritate posuisse. Regem verò eadem vestigia ingredi volentem, tot armatorum apparatus haut dubiè retardaturos. Multis Proceribus fidem constare. Atque vbi ille vim fortunámque principatus ostentauerit, neminem contra hiscere ausurum. Sin armis prouocaretur, esse conscriptas in Germaniâ, esse ve-*

 tera-

teranas in Belgio legiones. Adhæc ingentem stipatorum numerum, quos ad custodiam sui hinc educturus est. Maioresque copias euocari posse rebus exigentibus. Nihil aduersus hæc tentaturum inconditum vulgus, implendis campis duntaxat idoneum. Sin autem nemo obsisteret, quid attineret tantos sumptus, quibus alendo exercitui esset opus, inutiliter profundere? Non ad hostes ire sed ad ciues. non ad imponendum iugum, sed ad emendandam disciplinam proficisci; cui rei tot millia non conducerent; at bonæ artes, quæ satis superque Regi suppeterent. Extrema remedia nisi desperatis rebus tentanda non esse. Neminem non videre, ad tot aduentantium millium famam armaturos se rebelles, qui tantum exercitum instrui intelligent in suam perniciem. Ita bellum oriturum, vbi non sit bellum. Pacemque futuram bello tristiorem, tot legionibus prouincias onerantibus, bonosque pariter ac malos eadem calamitate inuoluentibus. Æquum non esse paucorum amen-

tiam

tiam omnes luere. Suo quémque insanire periculo. Bonos principes non punire, qui nihil deliquerint; armatos non facere, quod inermes præstare possunt. Castigationem paucis necessariam, feralem omnibus fieri non debere. Vulgus enim quamprimum nouitatem suam peruicacissimorum vltione damnatam aspexerit, rediturum ad naturam; cuius furor perinde cum fortunâ mutatur, ac religio cum principe. Ad ea Albanus accerrimus armorum instigator disseruit. *Quod si in compositam regionem, & securâ pace fruentem concederet Rex, nescio an suasurus adhuc fuerim, ne vllum omnino armatum traduceret. Sine cuius fulgore, non externi, non ciues maiestatem agnoscunt; pace & bello tutissimum præsidium. Nunc verò præualida & adulta vitia, nunc animi seditionibus elati, leuioribus remedijs coërcendi non sunt, quàm magnitudo morbi postulat. Repetamus memoriâ, quoties à rebellibus illis iactatum sit, centena millia obiecturos se vim audentibus. Ego tot millia*

furentibus non opponam: sed egregium iustúmque exercitum, ex veteranis, expertísque conflatum, qui sciat seruare ordines, obsequi duci, hostem ferire, non expauescere. Vt hoc terrore perculsi rebelles, confestim arma excutiant. Cùm vires suas, non disciplinâ, non virtute, ac ne copijs quidem pares, æstimare incipient. Cùm se tyrones intelligent, nec vllis magis quàm hospitibus metuendos milites in aciem producere. Primis statim auspicijs debellandi sunt, vt opprimi malum cum dignitate possit. Hoc ad gloriam Regis maximè pertinet: Insitâ mortalibus naturâ, famam belli ex initijs metiri. Nam si in vnam, atque alteram æstatem bellum Rex extraxerit, quis non videt accessuram hosti disciplinam, & robur; & tunc non sine difficultate, nec absque periculo subijci posse? Atenim nullum adhuc in Belgio ardet bellum. Quis tamen pacem esse dixerit? Quis nobis pollicebitur in eodem statu res mansuras, quas ipsa quoque Gubernatrix perscribit cottidie in peius vergere. Quid si exter-

norum auxilia à seditiosis sollicitentur, quod toties minati sunt se facturos? Tunc scilicet in tempore accersemus militem, cùm instructi exercitus nostris imminebunt capitibus. Tunc nempe salutem suam crediturus est Rex veteranis in Belgio legionibus, pari scelere contaminatis. Quibus ex meâ quidem sententiâ, quamprimum appulerit in prouincias, cingulum adimendum est. Transeundæ sunt denique externæ nationes, religionis odio imbutæ, & à sectarijs Belgicis forsan exstimulatæ in exitium Regis, quem sibi imminere extimescent. Illæ copiæ quacumq; perrexerit, securum eum efficient. In omnem sanè casum, seu restaurandæ pietati, seu exequendis statutis & supplicijs, seu supplantandis, vel anteuertendis furoribus commodissimæ. Scilicet egregiâ curâ timemus vastitatem terrarum, & incommoda exercitus. Nemo mihi communem calamitatem obijciat, in communi omnium flagitio. Quam mali suo meritò passuri sunt; Boni verò quia malorum conatibus arma non opposuere. Imputare sibi debent si quid

detrimenti ab armatis acceperint. An ideo rebelles sibi relinquendi sunt, in ceruices Regis sui sublati, quia bonorum condicio futura sit acerbior? Nemo vnquam discordias armatus sedauit sine plurium incommodo. Hæc est condicio exercitus. Bella aliter non constant. Quantauis grauissimâ calamitate redimendum est exitium reipublicæ. Intelligant Belgæ nunquam impunè contemni fastigia. Hæc oratio, simul & dicentis auctoritas, inueterataque prudentiæ fama, magnam Procerũ partem permouit. Quidam etiam addebant, metuendum esse, ne idẽ eueniret Regi, quod Gubernatrici acciderat, quæ exequi leges non potuerit, armatorum inopiâ. Nam quòd Albanum, aulæ artibus æmulos suos peruertisse Connestagius tradidit, apertum est mendacium, & in odium eius adumbratum. Cuius moribus multa in deterius posteritas adfinxit. Nullam ego hac de re mentionem apud Tissenacquium inuenio, è cuius commentario hæc transumpsimus. Nam nec Iacobus Spinosa Inquisitor Generalis, nec Bernardus

ardus Fresneda Regi à confessionibus Concilio interuenere. Tantum abest, vt alter eorum infestis orationibus cum altero certauerit, quod idem auctor memoriæ prodidit. Quæsitum inde quo tempore Rex proficisceretur. Alij velocitatem vrgebant per Oceanum cum paucis nauigijs. Sed hoc consilium minùs Hispanis, quàm Belgis placebat, *Oceanum hodie intutum*, dicentibus, *Belgicorum sectariorum metu, portus omnes insidentium, quos occlusuri essent armatis in exitium sui appulsuris. Securißimum per Italiam pergere. Sed Italiam perpetuo praruptarum alpium iugo clausam, non nisi duobus aditibus exercitum transmittere Quorũ vno per Tridentinas angustias Germania intranda sit. At Germaniam ex maximâ parte corruptam, ac suspicionibus obnoxiam, securitati Regis non conducere. Eundum ergo esse per Sabaudiam. Illam verò asperorum montium scabredine impeditam, hybernísque niuibus obsessam, ante veris initium iter non promittere. Proinde vtcumque festinare*

Rex

Rex velit, Februarium mensem habendum esse. Neque etiam citius impedimenta ad tantum inter necessaria expediri posse. In calend. Decemb. conuocatos esse Castiliæ Ordines. A quibus abesse Regem non oporteat. Præterea agendos militum delectus, petendas triremes ex Italià. Dum componuntur, reficiuntúrque sublapsa vetustate naues, aliquot mensium spacium esse. Vernũ deniq; cœlum clementiores fluctus promissurum nauigantibus.

Hæc igitur in eum modum decreta, x. cal. Octob. referuntur ad Regem. Qui naturâ reconditus, & multa cum animo reputans, tunc quidem nihil respondit. Paullò post Albanum exercitui præfecit. Erat hic nobilissimo Hispaniæ loco genitus, virtute militari nobilior. Acer consilio, manu strenuus, experimentísque clarus, & suorum temporum nulli secundus. Quod de illo quoque inimici confessi sunt. Multa sub Cæsare, & Philippo filio prosperè gesserat, magnis præpositus exercitibus. Fortunam nunquam temerè in discrimen vocauit. Cauta cum ratione

tione consilia, secundis euentu præferebat, disciplinæ militaris diligētissimus custos. Bello, quàm pace melior. Vincere magis, quàm victoriam regere. Fredericum deinde Albani filium magistrum equitum Rex dixit. Hispanorum præsidia ex regno Neapolitano, Siciliæ, & Sardiniæ Genuam accersit. Quatuordecim cohortes in Hispaniâ legi iubet, in veteranorum locum ituras. Alias præterea tres cohortes, quas secum abduceret. Alberico Lodronio assignata est Germanorum legio, quam in comitatu Tirolensi instrueret. Lupo Satapa centum velites Italicos, totidem Sancio Dauilæ Ticini præfecto; Petro autem Montagnes Nouariæ gubernatori centū cataphractos Hispanos attribuit. Trecentos hastatos, cum centū cataphractis in Burgundiâ componi curat. His Baronem de Vergij prouinciæ Vicegubernatorem, Baronem de Cherau, dominum de Cleraux, & dominum de Momertin præposuit. Italicis ducibus præceptum, veteranorum velitum, longâ pace imminutorum, supplementum conscribere.

Ioanni Andreæ principi Doriæ, quantas posſet triremes comparare iuſſit, atque ocius compellere in Bercelonię littora. Epiſtolam deinde ad Gubernatricem dedit in hanc ſummam. *Primo vere me exſpecta cum exercitu. Non vt ſolitudinem prouincijs, aut iugum inferam, quod pleroſque criminari intelligo: ſed vt patrocinium meorum armatus ſuſcipiam. Inermis enim venire non poſſum, niſi vt externorum iniurijs dignitatem aperiam. Si tranquillitatem alere, non bellum volumus, terrore aliquo rebelles percellendi ſunt, infirmitatem ſuam conferentes meis viribus. Hæc mihi ratio fuit inſtruendi exercitus. Re ipsâ docebo, non ad vltionem me conſurgere: ſed vt clementiam cum ſubditis communicem, haut aliter quàm principem, & parentem decet. Gratiam eam facturus, quam publica pax, atque ſecuritas patientur. Hæc te confeſtim volo mittere in populum, bona & mala magis ex rumoribus, quàm ex vero æſtimare ſolitum. Cuius aures ſeditioſiſsimorum voces falſo terrore præ-*

occu-

occupant. Gubernatricem præterea monebat, vt quantâ poſſet cautione, nobilitatem interim cum multitudine contineret in officiô. Et ſi videretur, legionem vnam in Germaniâ mercede conduceret, quam Megemo, & Arenbergio traderet, ſpargendam in idonea præſidia. Pecuniam quoque adiecit in ſtipendium. Dein fluctuare animo cœpit, an & Auriaco militem crederet. Siquidem popularibus acceptum, & vicinorum principum affinitate, atque amicitiâ ſubnixum, turbandis rebus idoneum nouerat. Adhæc multa imprudenti excidiſſe, quibus obliqua eius in Regem conſilia deprehenderentur, & auerſi animi indicia. Sciebat denique peccaſſe in maieſtatem. Suſpectum tamen videri nolebat. Sed cum Megemo, & Arenbergio copias militares committeret, Auriacum præterire non poterat, niſi vt videretur de ingenio illius diffidere. Nam Hollandiam, Zeelandiámque iuxta armis contineri, ac Geldriam Friſiámque pacis intererat. Ha-

bito itaque amicorum consilio Gubernatrici mandauit, nihil consultius, quàm quinque cohortes Auriaco submittere, quibus chiliarchus Waldersingerus præesset, refractarius & contumax futurus ad illius imperia. His consilijs Waldersingerum secretò imbueret. Dicta factáque Auriaci specularetur, & ab omni metu suspicionem eius auerteret. Iisdem artibus Egmondanum placaret. Præfectos Ordinariorum militum rogaret, an sine exceptione ad arbitrium eius militare, & eosdem hostes habere vellent, quos ipsa iussisset. Si quis eorum condicionem detrectaret, ademptam huic præfecturam, alteri conferret, ne stipendia peruenirent ad indignos publicum ærarium lassantia. Adhæc magnatibus illis à quibus litteras acceperat, aduentum suum nunciauit, missis ad singulos codicillis. Auriacum denique & Egmondanum beneuolè hortatus est ad officium. Tissenacquius simul Egmondano rescripsit: *Malignitatem famæ rebus ipsis rectius confutaturũ. Compararet se ad voluntatem Regis, nec imperio*

eius dubitaret accedere. A quo planius mādatum exspectare non deberet. Alia esse principum, alia clientum officia. Illos prouidere & regere. Clientum gloriam in obsequio consistere. Haberent sibi reges suam rationem. In quam subditis nefas esset inquirere. Si in consilio publico aliquando contraria dixisset, integrum fuisse Regi à sententiâ eius recedere; quo se prudentiorem nemo habere debeat. Apud illum electio est & imperium; cæteris consilium & obedientiam conuenire. Misceri hæc officia non posse, nisi vt pereunte imperio, obsequium intercidat, atq; ima summis confundantur. Ne famam quidem dissimulare, sectariorum audaciam potuisse prauerti, si vel ipse, vel Auriacus expleuissent officium. Sed & nunc in illorum esse potestate, furentium licentiam aut omnino frænare, aut saltem in aduentum Regis comprimere.

In his consilijs occupato Regi, transitúmque Alpium paranti, aliæ atque aliæ itineris difficultates cottidie suggerebātur. Mouebat plerosque angustiarum asperitas, præruptis

altiſſimíſque rupibus abciſſa. In quarum vertices euadendum eſſet cum exercitu, per arduos præcipitéſque vallium anfractus, qui paucos admodum caperent armatos, & cumulatam hyeme niuem tranſituris promitterent. Deleri poſſe totum exercitum, ſi quis fatigatis atque incompoſitis, & nihil hoſtile metuentibus vim inferret. Nec deeſſe circum nationes Regi infeſtas, & ſectariorum cauſæ aſtrictas. Alij ſterilitatem, & inopiam regionis, alij frigus, & multorum dierũ laſſitudinem cauſabantur. Quibus difficultatibus Rex permotus, ſibi atque exercitui tranſitum à Gallis petere conſtituit. Expeditum eſſe iter appulſuro in Prouinciam, haut procul Toloniâ, quà Caroli Cæſaris exercitus quondam traiecerat; quod per regionem Lugdunenſem breui compendio in Burgundiam deducit. Igitur Franciſcus D'Alaua Ordinarius in Galliâ legatus, Philippo mandãte hac de re cum Gallo egit. Reſponſum eſt ei: ſi quid Philippus Rex vellet, licere illi cum modico præſidio Galliam traijcere. Iter autem
exer-

exercitui patere non posse. Frequentes in eâ regione sectarios esse. Magnitudine exercitus perterritos, & molestijs hospitij affectos, multitudinem concitaturos ad arma. Quæ sine magno incommodo ipse postea non excuteret.

Hæc in speciem. Cæterùm Reges inter se æmuli, nec vnquam satis amici, alterutrius exercitum intra fines securè nõ recipiunt. Desperato per Gallias itinere, Philippus Rex ad Sabaudiam rursus intendit, Ioanne de Aragna Vela ad Emanuelem ducem misso. Haut ægrè ab illo impetratum quod petebatur. eâ tamen lege, vt centum equites, bis mille pedites Philippi Regis ære merituri scriberentur, in regionis suæ custodiam, ne quid incommodi ab exercitu incolæ acciperent. Antonius Mendoca à Carolo Lotharingiæ duce transitum sine exceptione obtinuit. Franciscus d'Yuerra annonæ præfectus ad dispensanda itinera præmissus, dispositas stationes commeatu instruxit. Rhodanum Dainsiúmque nauali ponte iungere instituit, quo in

Bur-

furentibus non opponam: sed egregium iustúmque exercitum, ex veteranis, expertísque conflatum, qui sciat seruare ordines, obsequi duci, hostem ferire, non expauescere. Vt hoc terrore perculsi rebelles, confestim arma excutiant. Cùm vires suas, non disciplinâ, non virtute, ac ne copijs quidem pares, æstimare incipient. Cùm se tyrones intelligent, nec vllis magis quàm hospitibus metuendos milites in aciem producere. Primis statim auspicijs debellandi sunt, vt opprimi malum cum dignitate possit. Hoc ad gloriam Regis maximè pertinet: Insitâ mortalibus naturâ, famam belli ex initijs metiri. Nam si in vnam, atque alteram æstatem bellum Rex extraxerit, quis non videt accessuram hosti disciplinam, & robur; & tunc non sine difficultate, nec absque periculo subijci posse? Atenim nullum adhuc in Belgio ardet bellum. Quis tamen pacem esse dixerit? Quis nobis pollicebitur in eodem statu res mansuras, quas ipsa quoque Gubernatrix perscribit cottidie in peius vergere. Quid si exter-

norum

norum auxilia à ſeditioſis ſollicitentur, quod toties minati ſunt ſe facturos? Tunc ſcilicet in tempore accerſemus militem, cùm inſtructi exercitus noſtris imminebunt capitibus. Tunc nempe ſalutem ſuam crediturus eſt Rex veteranis in Belgio legionibus, pari ſcelere contaminatis. Quibus ex meâ quidem ſententiâ, quamprimum appulerit in prouincias, cingulum adimendum eſt. Tranſeundæ ſunt denique externæ nationes, religionis odio imbutæ, & à ſectarijs Belgicis forſan exſtimulatæ in exitium Regis, quem ſibi imminere extimeſcent. Illæ copiæ quacumq; perrexerit, ſecurum eum efficient. In omnem ſanè caſum, ſeu reſtaurandæ pietati, ſeu exequendis ſtatutis & ſupplicijs, ſeu ſupplantandis, vel anteuertendis furoribus commodiſſimæ. Scilicet egregiâ curâ timemus vaſtitatem terrarum, & incommoda exercitus. Nemo mihi communem calamitatem obijciat, in communi omnium flagitio. Quam mali ſuo meritò paſſuri ſunt; Boni verò quia malorum conatibus arma non oppoſuere. Imputare ſibi debent ſi quid

detrimenti ab armatis acceperint. An ideo rebelles sibi relinquendi sunt, in ceruices Regis sui sublati, quia bonorum condicio futura sit acerbior? Nemo vnquam discordias armatus sedauit sine plurium incommodo. Hac est condicio exercitus. Bella aliter non constant. Quantauis grauissimâ calamitate redimendum est exitium reipublica. Intelligant Belga nunquam impunè contemni fastigia. Hæc oratio, simul & dicentis auctoritas, inueterataque prudentiæ fama, magnam Procerũ partem permouit. Quidam etiam addebant, metuendum esse, ne idẽ eueniret Regi, quod Gubernatrici acciderat, quæ exequi leges non potuerit, armatorum inopiâ. Nam quòd Albanum, aulæ artibus æmulos suos peruertisse Connestagius tradidit, apertum est mendacium, & in odium eius adumbratum. Cuius moribus multa in deterius posteritas adfinxit. Nullam ego hac de re mentionem apud Tissenacquium inuenio, è cuius commentario hæc transumpsimus. Nam nec Iacobus Spinosa Inquisitor Generalis, nec Bernardus

ardus Fresneda Regi à confessionibus Concilio interuenere. Tantum abest, vt alter eorum infestis orationibus cum altero certauerit, quod idem auctor memoriæ prodidit. Quæsitum inde quo tempore Rex proficisceretur. Alij velocitatem vrgebant per Oceanum cum paucis nauigijs. Sed hoc consilium minus Hispanis, quàm Belgis placebat, *Oceanum hodie intutum*, dicentibus, *Belgicorum sectariorum metu, portus omnes insidentium, quos occlusuri essent armatis in exitium sui appulsuris. Securissimum per Italiam pergere. Sed Italiam perpetuo præruptarum alpium iugo clausam, non nisi duobus aditibus exercitum transmittere Quorũ vno per Tridentinas angustias Germania intranda sit. At Germaniam ex maximâ parte corruptam, ac suspicionibus obnoxiam, securitati Regis non conducere. Eundum ergo esse per Sabaudiam. Illam verò asperorum montium scabredine impeditam, hybernísque niuibus obsessam, ante veris initium iter non promittere. Proinde vtcumque festinare*

Rex

Rex velit, Februarium mensem habendum esse. Neque etiam citius impedimenta ad tantum inter necessaria expediri posse. In calend. Decemb. conuocatos esse Castillia Ordines. A quibus abesse Regem non oporteat. Præterea agendos militum delectus, petendas triremes ex Italiâ. Dum componuntur, reficiunturque sublapsæ vetustate naues, aliquot mensium spacium esse. Vernũ deniq; cœlum clementiores fluctus promissurum nauigantibus.

Hæc igitur in eum modum decreta, x. cal. Octob. referuntur ad Regem. Qui naturâ reconditus, & multa cum animo reputans, tunc quidem nihil respondit. Paullò post Albanum exercitui præfecit. Erat hic nobilissimo Hispaniæ loco genitus, virtute militari nobilior. Acer consilio, manu strenuus, experimentísque clarus, & suorum temporum nulli secundus. Quod de illo quoque inimici confessi sunt. Multa sub Cæsare, & Philippo filio prosperè gesserat, magnis præpositus exercitibus. Fortunam nunquam temerè in discrimen vocauit. Cauta cum ratione

tione consilia, secundis euentu præferebat, disciplinæ militaris diligētissimus custos. Bello, quàm pace melior. Vincere magis, quàm victoriam regere. Fredericum deinde Albani filium magistrum equitum Rex dixit. Hispanorum præsidia ex regno Neapolitano, Siciliæ, & Sardiniæ Genuam accersit. Quatuordecim cohortes in Hispaniâ legi iubet, in veteranorum locum ituras. Alias præterea tres cohortes, quas secum abduceret. Alberico Lodronio assignata est Germanorum legio, quam in comitatu Tirolensi instrueret. Lupo Satapa centum velites Italicos, totidem Sancio Dauilæ Ticini præfecto; Petro autem Montagnes Nouariæ gubernatori centū cataphractos Hispanos attribuit. Trecentos hastatos, cum centū cataphractis in Burgundiâ componi curat. His Baronem de Vergij prouinciæ Vicegubernatorem, Baronem de Cherau, dominum de Cleraux, & dominum de Momertin præposuit. Italicis ducibus præceptum, veteranorum velitum, longâ pace imminutorum, supplementum conscribere.

Ioanni Andreæ principi Doriæ, quantas posſet triremes comparare iuſſit, atque ocius compellere in Bercelonıæ littora. Epiſtolam deinde ad Gubernatricem dedit in hanc ſummam. *Primo vere me exſpecta cum exercitu. Non vt ſolitudinem prouincijs, aut iugum inferam, quod pleroſque criminari intelligo: ſed vt patrocinium meorum armatus ſuſcipiam. Inermis enim venire non poſſum, niſi vt externorum iniurijs dignitatem aperiam. Si tranquillitatem alere, non bellum volumus, terrore aliquo rebelles percellendi ſunt, infirmitatem ſuam conferentes meis viribus. Hæc mihi ratio fuit inſtruendi exercitus. Re ipsâ docebo, non ad vltionem me conſurgere: ſed vt clementiam cum ſubditis communicem, haut aliter quàm principem, & parentem decet. Gratiam eam facturus, quam publica pax, atque ſecuritas patientur. Hæc te confeſtim volo mittere in populum, bona & mala magis ex rumoribus, quàm ex vero æſtimare ſolitum. Cuius aures ſeditioſiſſimorum voces falſo terrore præ-*

occu-

occupant. Gubernatricem præterea monebat, vt quantâ poſſet cautione, nobilitatem interim cum multitudine contineret in officiô. Et ſi videretur, legionem vnam in Germaniâ mercede conduceret, quam Megemo, & Arenbergio traderet, ſpargendam in idonea præſidia. Pecuniam quoque adiecit in ſtipendium. Dein fluctuare animo cœpit, an & Auriaco militem crederet. Siquidem popularibus acceptum, & vicinorum principum affinitate, atque amicitiâ ſubnixum, turbandis rebus idoneum nouerat. Adhæc multa imprudenti excidiſſe, quibus obliqua eius in Regem conſilia deprehenderentur, & auerſi animi indicia. Sciebat denique peccaſſe in maieſtatem. Suſpectum tamen videri nolebat. Sed cum Megemo, & Arenbergio copias militares committeret, Auriacum præterire non poterat, niſi vt videretur de ingenio illius diffidere. Nam Hollandiam, Zeelandiámque iuxta armis contineri, ac Geldriam Friſiámque pacis intererat. Ha-

bito itaque amicorum consilio Gubernatrici mandauit, nihil consultius, quàm quinque cohortes Auriaco submittere, quibus chiliarchus Waldersingerus præesset, refractarius & contumax futurus ad illius imperia. His consilijs Waldersingerum secretò imbueret. Dicta factáque Auriaci specularetur, & ab omni metu suspicionem eius auerteret. Iisdem artibus Egmondanum placaret. Præfectos Ordinariorum militum rogaret, an sine exceptione ad arbitrium eius militare, & eosdem hostes habere vellent, quos ipsa iussisset. Si quis eorum condicionem detrectaret, ademptam huic præfecturam, alteri conferret, ne stipendia peruenirent ad indignos publicum ærarium lassantia. Adhæc magnatibus illis à quibus litteras acceperat, aduentum suum nunciauit, missis ad singulos codicillis. Auriacum denique & Egmondanum beneuolè hortatus est ad officium. Tissenacquius simul Egmondano rescripsit: *Malignitatem famæ rebus ipsis rectius confutaturū. Compararet se ad voluntatem Regis, nec imperio*

eius dubitaret accedere. A quo planius mãdatum exspectare non deberet. Alia esse principum, alia clientum officia. Illos prouidere & regere. Clientum gloriam in obsequio consistere. Haberent sibi reges suam rationem. In quam subditis nefas esset inquirere. Si in consilio publico aliquando contraria dixisset, integrum fuisse Regi à sententiâ eius recedere; quo se prudentiorem nemo habere debeat. Apud illum electio est & imperium; cæteris consilium & obedientiam conuenire. Misceri hæc officia non posse, nisi vt pereunte imperio, obsequium intercidat, atq; ima summis confundantur. Ne famam quidem dissimulare, sectariorum audaciam potuisse prauerti, si vel ipse, vel Auriacus expleuissent officium. Sed & nunc in illorum esse potestate, furentium licentiam aut omnino frænare, aut saltem in aduentum Regis comprimere.

In his consilijs occupato Regi, transitúmque Alpium paranti, aliæ atque aliæ itineris difficultates cottidie suggerebãtur. Mouebat plerosque angustiarum asperitas, præruptis

exercitui patere non posse. Frequentes in eâ regione sectarios esse. Magnitudine exercitus perterritos, & molestijs hospitij affectos, multitudinem concitaturos ad arma. Quæ sine magno incommodo ipse postea non excuteret.

Hæc in speciem. Cæterùm Reges inter se æmuli, nec vnquam satis amici, alterutrius exercitum intra fines securè nō recipiunt. Desperato per Gallias itinere, Philippus Rex ad Sabaudiam rursus intendit, Ioanne de Aragna Vela ad Emanuelem ducem misso. Haut ægrè ab illo impetratum quod petebatur. eâ tamen lege, vt centum equites, bis mille pedites Philippi Regis ære merituri scriberentur, in regionis suæ custodiam, ne quid incommodi ab exercitu incolæ acciperent. Antonius Mendoca à Carolo Lotharingiæ duce transitum sine exceptione obtinuit. Franciscus d'Yuerra annonæ præfectus ad dispensanda itinera præmissus, dispositas stationes commeatu instruxit. Rhodanum Dainsiúmque nauali ponte iungere instituit, quo in

Bur-

interim cum his dißimules. Prebe te facilem credulis, & de beneuolentiâ Regis securos efficias, vt fidei tuæ concredere non dubitent. Sic enim quæ destinasti, efficies. Ita à me habe; si tibi supplicia eorum sint in animo, eò magis Regi curæ fore, quò hanc ille iniuriam profundiùs imbibit. Epistolâ perlectâ, Auriacus nouitatem facti stupens, Ludouico fratri atque Hoochstratano communicat. Vnicum aduersus impendens fatum remedium videbatur, matura defectio. Cui rei conducebat Egmondanum in societatem attrahere. Eundem strenuum militiâ, Flandriæque viribus instructum, partibus suis comodissimũ nouerant. Auriacus ergo Egmõdano significat, esse sibi ad communem salutem pertinentia, quæ nisi præsenti promere non posset. Diem & locum colloquio condiceret. Bruxellam solam excipere. Vbi Ludouico fratri esse non liceret, à Gubernatrice iusso in Germaniam secedere. Igitur VI Non. Octob. Teneramundæ Flandriæ oppido, in vnum conuenere Auriacus, Egmondanus,

Neminem principum hodie tam amicum Regi, qui magnitudinem illius non optaret premi, potentiámque Europæ formidabilem, ciuili bello collidi. Sectariorum igitur insolentiæ subministrarent alimenta. Quos deinde in eâdem secum causâ, spe gratiæ destitutos, & extrema audentes, exercitui Regis ad desperationem obijciant, dum finitimarum gentium subsidia ornentur. Affluxuros statim Gallos, atque Germanos, nihil veteranis Regijs virtute concedentes. Ludouicus Nassouius subiecit; spondere se Germanorum equitum quatuor millia, peditum verò quadraginta cohortes, quos corrasis vndique pecunijs in Belgium properè adduceret. Sollicitaturum denique copias Augusti Saxoniæ ducis, Cæsareo auspicio Gotham obsidentes. Ne cæteri quoque dubitabant, *indormiendum non esse in manifestâ pernicie; neque exspectandum donec validissimas vrbes præsidijs inuaserit Rex, & sopitis sibi manus iniiciat. Decora consilia, quæ tuta. Potentiam quidem*

Regis formidolosam, acriorem tamen necessitatem esse, & incertos belli exitus. Neque semper ad potentiores inclinare victoriam. Gallos non vsque adeò infeliciter delibasse Regis sui vires. Optimiorem condicionem extorsisse armis, quàm obsequio. Dandum Regi pœnitentiæ tempus. Impetum eius quantò vehementiorem, tantò & infirmiorem esse, quem inopia pecuniæ statim consumeret. Denique multos nobiles sibi accessuros, cùm indigniùs forte habiti, erubescent certare aduersus libertatem publicam, pro inuidioso Hispanorum imperio. Vrbes, prouincias sibi vt rectoribus obstrictas. Incumbere se affectui ciuium seruitutem abominantiũ. Ad vltimum si cadere necesse esset, honestiùs acie perituros, quàm sub certo lictoris ictu velatis capitibus, ad posterorum infamiam. Inuidiosum Regi, decorum ipsis pro spiritu certare, quo nihil mortalibus charius est, quem etiam feræ antequam debellatæ non exuerent. Hæc quidem promiscuè dicebantur. Vnus tamen Egmondanus segni animo accepit. Vir

haut

haut dubiè, ſpectatæ fidei; ſed ingenij facilitate in partes abſtractus, ſi dicere licet, nimiâ bonitate hactenus peccauerat. Ordinis ſui factioſis conſilijs, quia ſpeciem præferebant publicæ libertatis pertinaciùs adhæſerat, pudore aduerſandi; ne multitudinis gratiam, beneuolentiámque amitteret. Tunc palam conſtantiam patefecit: *ita formatum ſe à maioribus*, dictitans, *vt nihil pulchrius atq; honeſtius duceret, quàm pro Principe vitam exponere: nihil econtra turpius aut ſceleſtius, quàm fidem exuere. Contumaces autem eſſe, aut ſectariorum licentiæ alimentum ſubminiſtrare non poſſe, ſine notâ perfidiæ. Quantò plus ſpei rebellando oſtenderent, tantò illuſtriorem fidem ſuam fore. Quin potiùs irati Regis gratiam præuenirent premendis tumultibus. Pleroſque nobiles idem tentare. A quibus obſequio vinci non deberent. Vt deinde Rex æſtimet, qui glorioſius officia coluerint. Vtcumque res caſura eſſet, meliorem fortunam tranquillando, quàm rebellando habituros, quando vincere, aut vinci non poſſent ſine*

exitio reipublicæ. Cæteri quâ vellent ratione, incolumitati consulerent suæ. Propositum sibi esse exspectare potiùs, quàm mouere fortunam, & in benignitate principis spem ponere, beneuolentiam eius toties experto. Neque de ingenio Gubernatricis dubitare. Nullis se vrgeri conscientiæ stimulis. Quo denique fugam intenderet, à charissimâ coniuge, à tot liberis diuulsus? Totam suam fortunam pendere ab vno Rege: quem pertinacibus armis irritando, implacabilem sibi suisque relinqueret. Erraturum se exulem, atque extorrem, recipientibus oneri, externísque Principibus vilissimum mancipium. An tam immitis animi Regem fore, vt pro tot meritis hanc sibi gratiam rependeret, & in charissimi antea capitis duraret exitium? Quocumque tandem esset animo, clementiam eius meruisse victorys. Vanitati D'Alauæ tantùm non deferre, vt apud se fidem inueniret. An solus ille explorasset mentem Regis, & in secretiora illius penetrasset consilia? Nullius

alte-

alterius indicium proferri. Ex Montignæo quidem iratum esse Regem satis se intelligere. Neque immeritò. Nemo tamen ideo dixerit Proceribus infestum, quos tantâ humanitate admonuisset officij. Si quid certè statuisset atrocius, id ipsum vni Gubernatrici editurum fuisse sine internuncio. Hæc quidem Egmondanus. Cæteri tamen non dubitabant, quin certissima proferrētur indicia. Auriacus quoque, *Suspectam sibi altissimam Regis dissimulationem*, aiebat. *Neminem Principum tam placabili esse ingenio, vt bona fide in gratiam redeat cum subditis, quos semel timuerit. Facerent alij quod placeret. Nemini se potestatem in caput suum facturum. Nunquam magis blandiri fastigia, quàm cum sæuire decreuerint. Securius se absentem quàm in vinculis causam dicturum.* Hunc finem habuisse conuentum illum inuenio, Egmondano fatalem. De quo plerique postea ab Albano torti, atrociora confessi sunt. Atque anceps quidē est coniectura. Quia hoc se mendacio liberasse cruciatu, morientes testaban-

ſtabantur. Nos aliorum iudicijs veritatem relinquimus. De cętero propè omnes ſcriptores mecum conſentiunt. Auriacus & Hoochſtratanus Antverpiam reuecti ſunt. Neuter Bruxellam venire ſuſtinuit, quamuis crebris litteris euocarentur in Concilium. Egmondanus intrepidè ad Gubernatricem delatus, quæ de illius conſilijs traducerentur, ex epiſtolâ cognoſcere iuſſit. Simul enim contulerat exemplar. Illa veluti turbata, nullas conſcientiæ notas vultu prodidit. Dolentíſque ſpeciem oſtentans, falſum eſſe rumorem ſanctiſſimè confirmauit. *Quaſi verò*, inquit, *mihi, aut D' Alauæ crediturus fuerit Rex tam periculoſum ſecretum? Quomodo tamen D' Alauæ epiſtola intercepta eſt, cùm non veredarium, non faſciculum ipſa deſiderem? An qui D' Alauæ epiſtolas intercepit, Regias non caperet, quæ ab eodem tabellario deferebantur? Laxa animum moleſtâ ſollicitudine. nec inanes ſpecies anxiâ mente figura. Confer te ad componendam rempublicam, vt ſi quam fortè ſiniſtram ſuſpicionem conceperit Rex, ex animo deleat ſine cicatrice.* Egmon-

Egmondanum verbis mitigatum, percunctari cœpit de his qui Teneramundæ conuenissent, & quid actum in isto consilio. Ille nihil aliud referebat, quàm non perfunctoriè queri Auriacum de maleuolentiâ Regis, & quòd Ludouicum fratrem ablegare iussus esset in Germaniam.

Dimissus à colloquio, in Flandriam se recepit. Quadraginta aureorum millia ab Ecclesiasticis impetrauit, in stipendium mille & quingentorum militum. Quos per idonea præsidia dispoſuit. Extra Gandauenses, Iprenses, & Aldenardenses concionandi potestatem nemini fecit. Hulstenses concionari ausos militari manu coërcuit. Totámque prouinciam quietiorem expertus, Iconomachorum facinus rigidissimè vindicauit. Sectarios verò sub legibus continuit. Gandauenses concionaturis Ministris suggestum struere ausos, accensis in foro rogis ad dedecus, & infamiã exurere iussit. Parua quidem res. Sed in minimis quoq; exemplum eminet. Neq; in his quisquã vindicem

manum remittere poteſt, niſi vt ad maiora ſcelera audaciam inſtruat. Quidquid ad diſſolutionem ſtatus pertinet plectendum eſt. in cæteris clementiam excuſo. Apud omnes conſtat, ſi ab initio tam ſeuerè egiſſet, nunquam peruentum fuiſſe ad tantū nequitiæ. Sed cuncta primùm per diſſimulationē corrupit: mox ignauiâ ac præpoſtero obſequio. dum inuidiam Coniuratorum procerúmq; euitare ſtudet, maieſtatis crimē meruit. At perperam vni illi imputauerim culpam, quæ temporū fuit.

Inter quæ non omittebat Noircarmius crebris litteris condiciones offerre Valencenenſibus, ſi poſitâ peruicaciâ præſidium reciperent. Ad vltimum nobilē quendam è Coniuratis ad eoſdem delegauit. Sed cum obſtinatæ ciuium mentes ſanioribus conſilijs aures obſtruerent, Gubernatrix hoſtes eſſe pronuntiat. D'Alauam deinde temeritatis increpuit, quod tantā rem credidiſſet veredarijs. Si quid eiuſmodi denunciare vellet, debuiſſe fidum aliquem tabellarium ad ſe deſtinare. Ad hæc Philippum comitem Euerſteinium, & Bern-

ardum Schoonbergium in Germaniā profici-
ſci curat, traducendis in Belgium duabus le-
gionibus, quas in comitatu Ferettrio con-
ſcripſerat. Prouinciales quoq; copias ampliori
delectu adornatura, Carolum Manſveldium,
Ægidium Barlaimontium Hierges dominū,
Ioannemq; Croyum Reuſij comitem, tria pe-
ditum millia legere iuſſit. Megemum verò, &
Arenbergium ſupplementū conſcribere. Er-
go vndique tubæ & tympana cogebant mili-
tes, ad obſidionem Valencenenſem ituros.

Quibus apparatibus Gallus regio more ad
ſuſpicionem verſus, & ipſe delectum agere
inſtituit. Sex millia Heluetiorum mercede
conduxit. Statariâ pugnâ gens egregia, per
multorum regum ſeriem venales vires Gallis
expoſuit; ex quo à Carolo Burgundiæ duce
ad fortitudinem coacta, virtutis ſuæ experi-
mentum dedit. Maiori metu Geneuenſes di-
ſtinebantur. Ex hac feré officinâ hæreſiarchæ
omnes eruperant, aut in illam recipiebantur.
Et hinc vrbis ſuæ exitium, publicæ paci
deuotum coniecerant. Cuius poſſeſſioni

Sabaudus haut obſcurè imminebat. Itaque delectu habito, milites diſtribuunt, qui intra mœnia, qui in finibus conſiſterent. Partem quoque Heluetiorum atque Rhætorum, ad auxilium ex fœdere obſtrictam, exciuere ſedibus. Ea cum nunciarentur Philippo Regi vehementer expalluit. Timebat enim ne tot ſimul gẽtes arma ſibi opponerent, anguſtijsq; Alpium incluſum ex improuiſo adorirentur. Et iam primores eum incitare cœperant, ne temeritati fortunæ Maieſtatem exponeret. Præmitteret Albanum terriſtri itinere cum exercitu; primo ſtatim aduentu validiſſimis præſidijs inſeſſurũ oſtia maris Zeelandicaſq; inſulas, vnde ipſe Oceano ſuccedens in portus tutò recipi poſſet. Re deliberatâ, Albanum cũ copijs præire iuſſit, tanquam mox ſucceſſurus ipſe. Quod initium fuit malorum omnium. Neque tamen damnari conſilium poterat, ſi Rex præſtitiſſet ſequi. Sed tædio belli, & auerſantibus miniſtris in Hiſpaniâ retententus, omnia per duces facilia credidit, quæ niſi præſens componere non poterat. Sunt

qui

qui Gomesij de Silua artes suspectent. Erat ille in aulâ gratiosus, Regíque charissimus in paucis: sed per æmulationem Albano aduersus. Vt potentiam omnem ad se traheret, remouisse æmulum credebatur, publicæ vtilitatis speciem odio prætexens. Nam Albanus impudicitiam vxoris ei obiectauerat, tanquam matrimonio illius Philippus illuderet. Nobis ea res parum comperta est. Quidquid sit, non ante patuit imprudentia consilij, quàm peruicaci Rex absentiâ cunctos frustratus est. Cæterùm in regionem Luxenburgensem, quà Albano intrandum erat, Ernestum Mansveldium procedere iussit. Militem, quantum opus esset, legeret. Præfecturam Germanorum equitum, quam Gallico bello habuerat, eidem attribuit. Bruxellæ, dũ ille abesset, Arschotanum, aut Bossutium præesse voluit. Megemũ verò tormentis præfecit, quam Glaionius dignitatem, per mortem vacuam fecerat. Magistri artilariæ apud Belgas vocantur. Cuius munus idem esse, quod apud Romanos olim præfecti fabrorum plerique

existimant. Absente Megemo, Arenbergium Geldriam regere iussit. Barlaimontium verò præposuit annonæ militari. Idem munus bello Gallico cum summâ laude administrauerat. Adhæc ducenta aureorum millia transmisit ex Hispaniâ, è quibus centum & quinquaginta in stipendium cederent, cætera in apparatum belli impenderentur.

At Valencenẽses hostes iudicati, fortiter obsidionẽ ferre decreuerant, munimentis ciuitatis confisi. Igitur nihil segnius parare bellum. Affatim commeatum in vrbem inuehere, arma cunctis qui ferre possent distribuere, recensitos opifices (quorum magna copia erat) in cohortes distribuere, ferocissimum quemq; his imponere. Optimates rempublicam destituerant. Cæterorum tamen amentiam sequebãtur, quia aduersari non poterant. Michaël Helinus, & quidam magister Cornelius regnum obtinebant in multitudine. Helinus auctoritate & opibus eminebat: Cornelius vanitate & ferociâ. Obscurissimo loco genitus, ex fabro ferrario in Ministerium surrexerat. Agrestes nouis rebus addictos cõscribere iussus, in fi-

in finibus Insulensium delectum fecit. Eam rem præsidiarij ciuitatis ægrè passi, cottidianum cum his prælium, & ferè prosperum habuere. Tot incommodis Cornelius attritus, promouit ad ignobilem pagum Kesenetum nomine, omnibus qui sacramentum eius acceperant sequi iussis. Quadringentos ex his Rassegemius obuiam habuit, solutis euntes ordinibus. Impressione factâ compulsi sunt in fugam, proximúmque Waterloi templum occupant. Hinc sine damno eijci non poterant. Rassegemius igne tectis iniecto vniuersos concremauit.

Cornelium inde persequi cœpit. Cæterùm ille comperto Rassegemij aduentu, castrísque diffisus, ad Tornacenses flexit. Nàm & hi non minore curâ, quodam Ioanne Sorao duce militem scribebant in suis finibus; nullo quidem publico consilio: sed studijs partium, Valencenenses premi non ferentium. Huc maiorem hominum vim insania compulerat. Copiísque iunctis, proxima quæque monasteria, & prætoria vastant. Nihil crudelitati, aut auaritiæ reliquum faciunt. Raptis

omnibus quæ ferri poterant, flammam deinde tectis inijciebant. Sed Noircarmius, & Rassegemius à tergo strenuè sequebantur. Mille ducentos pedites Noircarmius habebat, cum trecentis equitibus. Rassegemius equites centum, pedites non amplius quàm trecentos. Præter eos tamen magnam agricolarum manũ contraxerat. Prior Noircarmius haut procul Lanoio hosti occurrit. Equitibus à tergo circumfusis, pedites à fronte incubuere. Vtrique vis improuisa fuit. Primo statim impetu centurio ex Noircarmianis cecidit, in fronte copiarum collocatus. Mille, & quingenti hostium cæsi, reliqui in fugam versi. Quorum magna pars proximam occupauit siluam densis arborum truncis impeditam. Maior pars in Rassegemium incidit, infesta signa inferentem fugientibus. Prælium tamen acriter sectarij excepere. Eò enim peruentum erat, vnde sine pernicie nisi victores euadere non possent. Itaque aut cadere aut vincere obstinati, loco nõ cedebant; donec ad Rassegemios inclinauit victoria. Soraus non tam ducis, quàm militis fun-

fungebatur officio. Sed cùm vnum illum omnes peterent, multis quidem acceptis vulneribus, & in equum impositus, cum paucis Tornacum euasit. Ibi verò non minus trepidatum est. Philippus Lalaignius Beauuosij dominus quadringentos milites, iussu Gubernatricis in arcem traduxerat. Centum in his equites erant. Noircarmius quoque cum suâ manu eòdem venit. Vrbíque pauidæ, & seruitio paratæ signa intulit. Nemine contra procedere auso. Quippe ex superiore prælio profugi, formidine cuncta compleuerant. Neque tot simul copijs sine certissimâ pernicie resistere poterant. Ciuibus statim arma adempta sunt. De principibus seditionum sumptum supplicium. Cæteris venia data, prudenti moderamine, vt in ciuili victoriâ, cuius sæpe fructum nimia seueritas corrumpit. Comes Reusius ciuitatem gubernare iussus, legionem quam conscripserat, dispersit in hospitia futuram præsidio.

Noircarmius Hiergicam & Mansveldicam legiones opperiens, ijsque iunctis, Valence-

nensium mænibus admouit exercitum. Ex omni parte obsidenti affluebant auxilia. Ab Arschotano ducenti quinquaginta equites, totidem à Reusio veniebant. Maximilianus Bossutij comes ducentos adduxit. Terlonius centnm, nec minorem numerum Bommius impleuerat. Marchionis Bergensis turma ducentos admodũ, Montignæi centum & quinquaginta explere dicebantur. Ordinariæ turmæ omnes erant, quas Gubernatrix haut multò ante armari præceperat. Pedites veterani ex Hannoniâ noningenti veniebant. Paullò minùs Balduinum Gaurium Inchij dominum ex Arthesiâ sequebantur. Reusius trecentos ex suis transmisit. Post quos viginti & vnum tormenta trahebantur. Iacobus Cressonerij dominus Grauelingæ Gubernator ijs præerat. Vrbs vallo circundata est, & idoneis locis tormenta disposita. Noircarmius tamen asperam fore obsidionẽ ratus, priusquam fortunam experiretur, misit rursus ad oppidanos, qui suaderent, dederent vrbem, dato terrore consternatam existimans

ſtimans. Sed non exaudiebant Miniſtri ſaniora conſilia, nutantibus ciuibus ſpondentes, mox venturum oppreſſis auxilium. Nam plerosque Coniuratorum acceperant bellum inſtruere.

Siquidem Auriacus turbandis rebus intentus, & vt tectiùs falleret ſimulato obſequio malignitatem tegens, cum Regem haut ſegnem videret, ex aduerſo conſilia ſtruebat. Tholouſij dominum, & Brederodium clam hortabatur ad legendos milites. In eam rem conſiſtoria ſtipendium capitatim conferebant. Hollandiam Zeelandiámq; adoriri ſtatuerant. Et ſi deſtinata proueniſſent, duces ſe dicerent ſectariorum cauſæ, & armato Regi vndarum obices pro vallo obijcerent, cum non mediocri præſidio. Superuenire debebat Ludouicus Naſſouius cum Germanorum manu, ab obſidione ciuitatũ auerſurus Hiſpanorum exercitus, aut ſi vis fieret, fortunã tentaturus. Tres è Coniuratis in Zeelandiam deſtinabantur, qui factionis ſuæ homines ſollicitarent ad defectionem. Quippe

plerasque vrbes descituras crediderant, fraude magistratuum, quorum multos Auriacus subuexerat. Adhæc Gallica auxilia occultis nuncijs pellexerant. Quibus mandatum, vt Dolam atque Vesontionē in Burgundiâ tentarent insidijs, atque Albano aduentanti iter occluderent. Missus Antverpiam à Montmorantio Galliæ Mareschalo quidam nobilis, multa cum Hornano secretò transegit. In quam rem Carolus Slusanus mercator Antverpiensis, quinquaginta aureorum millia, Montmorantio addixit.

Inter quæ studia, Proceres à Gubernatrice aduocabantur ad nouandum sacramentum. Hoochstratanus multâ cunctatione; Auriacus, Hornanus, & Brederodius apertè detrectabant. Et Auriacum quidem Gubernatrix humanitate litterarum sæpius interpellauit. Ad Brederodium verò, Quarebbius Louaniensium prætor, & Secretarius Torrius missi sunt cum mandatis, & questu: *vt sacramentum quod Egmondanus, Arschotanus, Mansveldius, Megemus, Barlaimontius, dedis-*

dedissent, non dubitaret accipere. Vnum ipsum esse, in quem potissimùm sceleris sui inuidiam inclinarent Sectarij. Debere hanc à se amoliri infamiam. Tantundem populum credere, quantùm re ipsâ ostenderet. Inquisitionem & edicta sublata esse. Solidam tranquillitatem Gubernatricem sperasse. Quæ per sectarios haberi non posset. Ab ipso officij in Regem prodendum esse exemplum: ne oblatione libelli, seditionis causam quæsisse, videretur. Grauioribus quàm antea tumultibus agitari rempublicam. Viannam ab eo militibus insideri. Vallo mœnibusq; claudi. Seditiosos aliquot libellos auspiciis eius excusos. Ne Regem sibi irasci cogeret, populares hos furores audientem non satis æquo animo. Ad ea Brederodius respondit. *Nihil euenisse cur de fide suâ dubitare Gubernatrix debeat. Imo verò Bruxellam iturum, vt propius acciperet diffidentiæ causas. Rata enim pacta esse, quæ cum Gubernatrice susceperit. Quòd malignis rumoribus oneretur, id sibi fraudi esse non debere. Linguas hominum frænare non posse. Neque*

nunc primùm calumnijs peti. Quarum sibi non sit reddenda ratio. Malè autem condicionem sacramenti sibi præferri, quod Egmondanus, Arschotanus, alijq; recepissent. Illos publicis muneribus excultos: se verò priuatū, & olim iuratum. Quid ergo opus nouo sacramento, si iurato non credatur? Frustra ab eo fidem exspectari, qui sanctitatem religionis semel polluerit. Nullo sacramento mitigari perfidiam. Viannam latrocinijs expositam vallo cingere. In cuius etiam tutelam militarem globulum conscripserit, vt integram ciuitatem seruaret Regi, ne quis prædo illo munimento receptaretur. Quòd ad seditiosos pertineret libellos, nihil se scire. Duos omnino typographos Viannæ esse. Imprimendi facultatem dedisse petentibus. Si quid dolo malo deliquissent, mox cogniturum, pœnasq; irrogaturum comperto flagitio.

Cùm hoc responso reuersi, grauem sollicitudinem incussere Gubernatrici. Quippe iam Brederodium timere cœperat. De peruicaciâ illius dubitare non poterat. Simul mæsta

ſta omnia in aulam referebantur. A Ludouico Naſſouio Germanicos ad Gotham exercitus ſollicitari in auxilium. Fredericum Saxonem, & Lantgrauium Heſſum memores iniuriæ à Carolo Cæſare acceptæ, vltionem meditari. Cameracenſes epiſcopum præſidijs nudatū, oppido eieciſſe. Præter hæc Siluæducenſes hoſtiles animos apertè induerant. Brabantiæ Cancellarius, ac Peterſemius, vti diximus, in vrbe agebant. Multitudiniſque peruicaciam in accipiendis legibus experti, Primoribus auctores fuerant, vt præſidium militare in ciuitatem reciperent Megemus quoque Legionem propiùs admouerat. Ea res Auriaco ſuſpecta admodum fuit. Occulto igitur, mādato Antonium Bombergium Siluamducis procedere iuſſit. Erat is homo plebeius, ingenio moribuſque ferox, iuxtà turbidus, & religioni infeſtus. Nec minorem fauorem Siluæducis inuenit, quàm Antverpiæ habuerat, vbi inter ſectarios principatum geſſerat. Igitur captiuitatem vrbis ſtrui queſtus, plebem in ſenatum armauit. Cancellarium

& Pe-

& Peterſemium proditionis inſimulatos in cuſtodiam tradidit. Neque ſenatus, quanquam aduerſus, imperijs illius audebat intercedere. Munia magiſtratus in ſe retraxerat, & priuati iuris ſui rempublicam fecerat. Tantùm apud vulgares animos præſidiariorum metus valuerat, vt alienigenam, nulla magis re quàm turbulentiâ inſignem, non dubitarent in ducem aſſumere.

Megemus autem intrandæ vrbis ſpe deiectus, in Hollandiam contendit ad ſubigendos eos qui auerſarentur imperium. Vltraiectum appropinquans, nemine reſiſtente intra mænia recipitur. Igitur quæ turbata erant componere adorſus, Miniſtros omnes egredi iuſſit. ſuaque catholicis ſacra reſtituit. Brederodius aduentum eius exſpectare non auſus, Viannam deſtituit, & in catharactis, quibus Rheno Lecca coniungitur, caſtra firmauit. Mox inde pulſus, Amſterdamum proceſſit. Munimenta ab eo cœpta Megemus deſtruxit.

Per eoſdem dies Hermannus Antuerpienſium

ſium Miniſter Traiectenſes ad Moſam in Iconomachiam concitauit. Quorum mox rabiem Maiſeicenſes; & Hasletenſes eodem auctore imitabantur. Cæterùm Gerardus Groesbekius Leodienſium epiſcopus id ægrè paſſus, ad vltionem ſurrexit. Tria peditum millia, ac trecentos equites ſubitario delectu effecit. His copijs Hasletum contendens, effuſum inconditè populum obuiùm habuit. Eoque leui prælio intra munimenta compulſo, ciuitatem circumſedit, crebriſque tormentorum ictibus verberatã, his tandem legibus in deditionem redegit. *Catholico ritu viuerent. Sectarios ciuitate eijcerent. Publicâ pecuniâ exornarent templa. Miniſtros, ſeditioniſq; auctores traderent. Sumptum belli reſtituerent. Muros deijcerent, quorũ fiduciâ obſidionem pertulerant.* Maſeicenſes deſperatâ vrbis tutelâ, delegatos miſere, veniam petituros. Quâ impetratâ, Hermannus habitu Franciſcani aſſumpto, opportunâ fugâ ſe ſubduxit. Hinc Traiectum aggredi placuit. Vrbem non ciuium multitudine ſolùm, ſed

etiam opere munitam. Mænia enim Mosa interfluit. Sed cùm peruicacibus ad defensionem ciuiũ animis, nulla spes potiundi oppidi offerretur, Episcopus obsidionem destituit.

Interea Gubernatrix accessione mali turbata, ex omni parte quærebat remedia. Tot simul vrbes nequibant armis redigi in potestatem. Nec Valencenæ omitti poterant, nisi vt frustrato impetu augeretur defectio. Simul in rem famámque videbatur, validissimum oppidum armis subigi, cætera exemplo suo tracturum ad deditionem. Pudebat deinde Cancellarium & Petersemium captiuos relinquere. Ergo inter ruborem metúmq; destituta, epistolas misit ad Siluæducenses, ius gentium pollutum incusans Bombergius modò in Auriacum, modò in Brederodium perpetratæ rei culpam, & in neutrum falsò, conferebat. Quippe & Brederodius Bõbergio scripserat; quamuis vterq; manifestâ inficiatione declinaret inuidiã. Gubernatrix ergo consilij incerta, apparitorem ad legatos recuperandos Siluamducis destinat. Fecialis quoq; sequi iussus

iuſſus, denuntiaturus bellum contumacibus. Apparitor in ſenatum deductus, multa expoſtulauit, atque intra horas viginti & quatuor legatos dimittere, aut bellum opperiri eos iubet. Horruere ſenatores ad hanc vocem, & perpetrati ſceleris infamiæ multitudinẽ ſubſtituunt, relaturóſque ſe ad populum reſpondent, apud quem nullo ſuo iuſſu captiui tenerentur. Primo mane tribunos plebis in curiam accerſunt. Cum quibus etiã Bombergius intrauit, popularibus ſtudijs accinctus. Quippe iam centuriones ei ſacramentum dixerant. Vni illi patulæ plebis aures erant. Facundia, & auctoritas aderant, flectendíque vulgum artes, quibus omnem ſectariorum factionem præcipitem egerat. Quem cum ſenatus hortaretur ad dimittendos captiuos; inſigni cauillatione apparitorẽ ad Siluæducenſes, nõ ad Caluiniſtas miſſum arguebat. Superueniẽs mox populus, curiam armis circumuenit, turbidíſq; clamoribus cuncta permiſcuit. Quorum fiduciâ Bombergius claues ciuitatis extorſit à conſule, & ne quis inuito ſe egrederetur, validioribus præſidijs portas firmauit.

Apparitorem tamen emisit incolumem, renunciare Dominæ iubens, non ante se captiuos dimissurum, quàm Brederodius id ipsum mandasset. Post hæc fecialis vrbem intrauit. Bellum indicere parantem, Cancellarius absterruit ab intempestiuo consilio. Nam si arma in animo haberet Gubernatrix, id ipsum denunciare superfluum esse ius gentium violantibus. Perduelles palam iudicari non posse, sine suâ pernicie.

Hæc tum in Brabantiâ. Cum interim Flandri obsequio parati, iuuere quoque Regias partes collatione pecuniæ. Ex quâ nouum delectum militum Egmondanus adornauit; occidentali Flandriæ futurum præsidio; ne quis à Noircarmio & Rassegemio dissipatos, reuocaret ad vexilla, vel irrequietos sectariorũ animos ad noua rursus flagitia erigeret. Quadringentos ex his Aldenardæ imposuit, qui sectarios continerent in pace, & armatorum conspectu compararent ad patientiam obsequij. Iam quippe resumpto animo Gubernatrix, occultã inibat viam restau-

ſtaurandæ religionis in priſtinum ſtatum. Sectarios concionibus contentos, baptiſmate, communione, ſepulturis, & huiuſmodi ritibus in totum abſtinere iuſſit. Tanquam hæc ipſa tabulis fœderis non comprehenderentur. Et ſi verum volumus, nihil aliud quàm concionandi libertatem tumultuantibus indulſerat : cætera quidem hactenus tolerans ad diſſimulationem coacta. Quia intempeſtiuo tempore prohibere non poterat. Nam is rerum ſtatus erat , vt amentia popularis componi magis , quàm irritari debuerit. Quod in omni ſeditione optimum eſt remedium, ſi pœnitentiæ ſpatium iratis concedendo, pauca indulſeris, quæ ab oppreſſis ſtatim repetas. Propoſito itaque edicto effrenem ſectariorum licentiam ad verborum ſuorum formulam reuocauit. Nihil æquè ſectarios perculit. Principium eſſe credebant, vt mox & conciones peruerterentur. Per occultos igitur nuncios Generale ſuorum concilium Antverpiæ indicunt. Ex ſingulis ſynagogis Miniſter vnus, cum præcipuis aliquot iuſſi

ſunt

iussi sunt adesse. Illuc quoque Brederodius venit, & cum illo sexdecim Coniurati delectui militum intenti, quem ex omni parte instituere cœperant. In eo Concilio sectarij Gubernatricem incusare adorti, magnoperè querebantur *peccasse in fœdera. Simulationem duntaxat fuisse ad decipiendos Fœderatos, vanis promißis extractos, vt ex voluntate eius tempus procederet, quo rebus interim consuleret suis, partâq; securitate pacta rumperet. Quem enim sanæ mentis non videre, concionis nomine cætera quoque exercitia contineri? Nec opus fuisse legibus fœderis ea adscribere, sine quibus stare non potest ipsa religio. Scire quoque Fœderatos haut aliam fuisse mentem Gubernatricis cùm dimitterentur ab illâ. Hoc ipsum Proceres rectiùs intelligere, qui eandem interpretationem interrogantibus dederint, plenâque hactenus libertate frui permiserint. Iam verò ne conciones quidem inuiolatas esse, quas in oppido S. Amandi, haut dubiè, iussu eius, Noircarmius dißipasset. Nec Ministrorum supplicijs*

plicijs abstineri, quorum alios in crucem, alios in exilium actos acciperent. At hoc nihil aliud esse, quàm in sanguinem suum exercere edicta, & atrociorem solito Inquisitionem reducere. Valencenenses præsidia in necem religionis suæ conscripta repudiare ausos, obsidione premi. Eandem mox fortunam reliquis ciuitatibus exspectandam esse. Quas communes hostes duceret Gubernatrix, atq; aliam post aliam aggrederetur cum exercitu; donec ecclesias suas vndiq; exstirpauerit. Viderent itaq; Fœderati quam hoc tutum sibi atq; honestum esset, & sine morâ principijs occurrerent. Nunquam magis afflictam religionem. Nec aliud sibi quàm in Fœderatis auxilium, quibus pacta conuenta tueri incumberet. Brederodius bonum animum habere eos iubens, cum Coniuratis proficisci constituit ad Gubernatricem. Misitque qui peteret, num pace illius liceret venire. Ad ea Gubernatrix, si veniret, vt in hostem se animaduersuram respondit. Neque mora, centurias aliquot militum accersiuit in regiam, frequentiorèsque pro valuis stationem agere

agere iubet. Præsidiarijs denique mandauit, ne Brederodium, vel Coniuratorum quemquam in vrbem admitterent. Nec Brederodius ausus est accedere. Codicillos autem misit sub communi Coniuratorum nomine Gubernatricem insimulans; *quòd nouæ religionis exercitia adimeret, publicam libaret tranquillitatem, conciones dissiparet, in Ministros fureret, deniq; nullo metu externo imminente sub signis haberet descriptum militem, commercium ciuitatis sibi eriperet, vias obsideret armatis, vim inferre iussis iter sibi facientibus. Satisque intelligi, sanguinem suum peti tot apparatibus, nec publicæ securitatis rationem haberi. Quid inde aliud euenturum, quàm vastitatem prouinciarum, & ruinam publicam? Despiceret igitur, an vtilius non duceret, exauctorato milite abrogari edicta, ad legem fœderis se componere, libertatemq; religionis inuiolatā relinquere: quàm contra fas iusq; gentium violare fidem solemni sacramento sancitam. Hanc se beneuolentiam ab illâ exspectare.* Ad hæc Gubernatrix ex senten-

ſententiâ Viglij generosè reſpondit. *Qui ſint illi Fœderati, qui ad me ſcripſerint, ſatis adhuc neſcio. Quia communi ſuffragio diſſoluta eſt ſocietas. Nec adduci poſſum vt credam, omnes queri; vtpote cùm plures in officio perſtare videam. Vos tamen quiqui eſtis, (nemo enim libello nomen adſcripſit ſuum) mihi certè eſtis iniurij, quòd contendatis vulgatam à me libertatem religionis. Ad verborum meorum formulam prouoco. Scitis quidem quàm ægrè promiſerim me non imperio, non vi, interuerſuram conciones, eò locorum vbi tunc fuerant, modò abſq; ſcandalo, & confuſione agitarentur. Quibus verbis vtcumque conciones tolerauerim: nemo tamen libertatem religionum indultam dixerit. Neq; mihi vnquam fuit hic animus. Populum in tumultus ſublatum, aliquâ ratione mitigare ſtudui; quoad ſtrictos à iugulo meo auerterem gladios: mox deinde pacatiorem à concionibus abſtraherem. Hæc fuit ſumma conſilij mei. Apage mehercule vt conſiſtoria inſtitui patiar, hoc eſt; regnum in regno, rem-*

publicam in republicâ, populum in populo. creari ab his magistratus, tributa indici, communionem, baptismata, matrimonia, sepulturas damnato ritu institui, sacrum ordinem, doctrinámque peruerti. Non est profectò conscientiæ meæ tantum probare flagitium. Si quis eam vobis libertatem indulserit, ego vtique non consensi. Cum illis expostulandum est, non mecum. Atenim in pacta peccaui. Quoniam solemnibus tabulis iußi vos esse securos. De præteritis rebus quidem. Ea cautio ad futura non pertinet. Libellum mensis Aprilis nulli fraudi fore spopondi. Nemo quoque securitatem vestram in hoc sollicitat. Si qui ad magistratus edicto meo pulsentur; imputandum ipsis est, qui verba mea aliter interpretati sunt, quàm oportuit. Magistratus, vt par est, officio funguntur. Si tamen iusto dolori plus æquo indulgeant, deferte ad me illorum nomina, ego quod videbitur constituam. Nescio verò quare mihi obijciatis pactorum religionem, quam priores ipsi violastis. Non infero vobis

iniuriam; sed propulso. Non succurrit vobis, opinor, præteritorum scelerum memoria. Spoliata fama, ciuitates seditionibus concussas, fœdera cum peregrinis in perniciem prouinciarũ contracta, delectus institutos priuatis auspicijs, nobilium prætoria & monasteria direpta atq; incensa, famam Regis petitam maledictis. Quantùm abest vt palam in bellum ardeatis, quod clam machinamini? Hæc mihi causa fuit contrahendorum militum. In hæc facinora edictis intonui. Sine exitio publico arma ponere non possum, ad quæ diuini humaníque iuris necessitate adacta sum. Si sani esse vultis domum regredimini, reuocate curam à negotijs publicis, quæ ad vos vtique non pertinent. Minas vestras secura despicio. Desinite eam terrere, quæ supplicia expetere potest. Prudenter vos facturos existimo, si vanam illam & indecoram proteruiam in posterum omiseritis. Scitote Reges non impunè despici. Principibus longas esse manus. Pœnasq; exacturos contempti imperij.

Non omittebant interim Cõiurati clande-

ſtino delectu militem efficere. Reliquias cladis à Noircarmio acceptæ, per idoneos homines ſeorſim alium ab alio Antverpiam perducebant. Ad quorum famam certatim vndique confluebant Iconomachi acerbiore quæſtione domo expulſi. Multi quoque nobiles, priuatim degeneres, publicè pernicioſi, nullam in pace ſpem, omne conſilium in turbidis reponebant. Wallacriam inſulam in Zeelandiâ, atque Amſterdamum in Hollandiâ ex conſilio Auriaci occupare ſuſceperant. Ibi in medijs vndis nidificantes, Regis vires quaſſare, ærariúmque eius laſſare decreuerant. In hæc facinora duces electi, Dominus Tholouſius, & Brederodius. Hunc Amſterdamum proficiſci volebant, contumaciam eorum penes quos ciuitatis regimen, ſtudio partium viribuſque fracturum. Zeelandiam Tholouſio inuadendam deſtinauerant. Erat hic ex Marnixiorum nobili familiâ, Domini S. Aldegondi frater, manu ſtrenuus, militarium artium gnarus, & turbandis rebus aptiſſimus.

Nec

Nec ſolutiori curâ Gubernatrix agebat, cui paratus hoſtium ferè noti. Nec inter tot conſcios occulti manere poterant. Tres cohortes Tornaco venere. Iter in Zeelandiam habentes, miſſus ſtatim nuncius aſſequitur, vt Axellæ, & Terneuſæ ſubſiſterent. Præmiſerat enim Gubernatrix in Walacriam Cattemij Dominum cum ducentis militibus, arcem Rammekins occupaturum præſidio. Cæterùm præfectus arcis militares copias detrectauit recipere; fide ambiguus, palam regias partes, occulto fauore rebellibus adhærebat. Cattemius inde Middelburgum contendit. Eandem quoque claudentem ſibi portas inuenit; Petrus Heckius perfidiæ imminens, multitudinis animos in tumultum erexerat. Erat is deuinctus Auriaco, cuius ſuffragio in præturam emerſerat. Et hinc dignitatis prærogatiuâ ferox, proditurum ſe ciuitatem Tholouſio addixerat. Iacebat ergò excluſus miles in littore, nec laceſſens quemquam, nec laceſſitus. Quippe tanquam mox receſſurus exſpectare credebatur Guberna-

tricis imperium. Nam & Cattemius ſecuritatem ciuium interrumpere timens, hanc famam rumoribus dederat. Auerſis igitur à ſiniſtrâ ſuſpicione omnium animis, ſurgente aurorâ, nemine ſentiente Vliſſingam intrauit. Denſa enim nebula proſpectum abſtulerat. Aduectis mox tormentis totam inſulam terrore conſternatam Regij iuris fecit.

Interea Gubernatrix Auriacum & Hoochſtratanum Antverpiæ agentes, crebris epiſtolis admonebat de occulto Brederodij apparatu, atque vt oppido cedere iuberetur. Nec moram rebelles fecere. Verebantur enim maximè ne præſidiarij Regij Zeelandiam prærriperent, quos in procinctu eſſe cognouerant. Proximâ igitur die cohortes ad parata deduxere nauigia. Brederodius copiarum parte acceptâ, curſum in Hollandiam direxit. Maior numerus Tholouſiũ ſequebatur velificantem in Walacriam. Nunciatur ei in itinere inſulam à præſidiarijs Regijs occupatã, ad obſequium Gubernatricis ſe cõponere. Sexcentos nõ amplius milites habebat, nec armis nec diſciplinâ inſtructos, Cum quibus

fortu-

fortunam belli tentare amentia videbatur. Consilij incertus, retortis, puppibus relegit flumen, & propinquum Scaldi pagum, haut procul Antverpiâ Austerwelium nomine, castris occupat, ampliorem delectum habiturus. Multi enim impigrè nomina dabant, studio Ministrorum, varijs artibus iuuentutem subruentium.

Postquam autem de Tholousij machinis certâ fide Gubernatrici relatum est, priusquã præcoces rebellium apparatus in iustum crescerent exercitum, prælio experiri constituit. Philippum Lanoium Beauuoisij dominum egredi aduersus hostem iubet. Quadringentos ei milites ex Bruxellensium præsidiarijs attribuit, additâ Ioannis Grauij Brabantiæ prætoris equitum alâ. Valentinus de Pardieu Mottæ dominus cohortes iungere, iubetur, quas Axellæ & Terneusæ substitisse diximus. Hanc tantillam manum Beauuoisius tertio Idus Martias promouit in hostem. Frequentẽ eum per agros palantem inuenit. In hos eques inuehi iussus, pedes in munimẽta in-

incubuit. Multi primo impetu obtriti sunt, necdum iustis armis instructi. Et statim pauor intrauit animos. Fit igitur passim fuga ex castris. Nec consilio, nec imperio ad vexilla reuocari poterant metu mortis perculsi. Castra in plano sita erant, & in medio prætorium, quod haut multò ante canonicus quidam ad voluptatem construxerat. In hoc Tholousius, à maiori suorum parte destitutus, se recipit cum promptissimis. Qui magnitudine criminum à spe veniæ exclusi, ac necessitatem æstimantes, ad vltimum fortunam experiri decreuerant. Sed inde nec vi pelli, nec ad pugnam elici poterant: cum Beauuoisius ignem tectis inijci iussit. Ac ne tum quidem deditionem fecere. Pauci viam ferro aperuerant; & confecti sunt á circumsidentibus. Correpta latiùs flamma contumaces absumpsit. Cæterùm qui fugam acceperant, ab equitibus ferè proterebantur. Quorum impetum vt euitarent, multi se præcipitabant in flumen, decliuia eius prosequentes, quoad eminente aquis vertice lubri-

lubricísque ſtantes veſtigijs, aut abſumerentur ab æſtu, aut deſtinato ſcloporum ictu conciderent. Solà inſequentium tela metuebantur, ad quæ effugienda, non dubitabant etiam barbaro elemento ſpiritum committere. Duarum non amplius horarum prælium, & incruentum Regijs fuit. Duo tantum deſiderati traduntur. Cecidere rebellium circiter mille. Inter eos plurima nobilitas, atrociora ſupplicia metuens honeſtæ mortis gloriam quæſierat. Fuerant qui ſe dederent, & Beauuoiſij iuſſu occiſi ſunt. Per ſequentes verò dies, multi ex fugâ retracti, quidam etiam prodebantur ab agricolis petulantiæ eorum infenſis. Quos deinde Gubernatrix in exemplum crucibus affixit. Ioannem Dioniſium centurionem torquere iuſſit, ſciſcitatura quo conſilio conſcriptus eſſet tantus exercitus. Delectum ille in Flandriâ habuerat. Tormentis admotus exſtimulatum ſe ad arma fatebatur à Petro D'Atheno Miniſtro. nihil præterea quidquam ſcire.

Cæterùm dum colluctantur acies, populus

Antverpienſis à mœnibus arceri non poterat. Ruebant omnes ad ſpectaculum prælij, in ſpem aut metum propenſi, pro cuiuſque affectibus. Sectariorum tamen animos intentior cura terrore miſcebat, vtique poſteaquam diſcuſſo ventis fumo & puluere, liberius cœlum oſtendit in Beauuoiſianos inclinare victoriam. Vbi verò apparuit, tranſactum eſſe de fortunâ partium, Thelouſiumque prætorio incluſum, vltimo diſcrimine laborare; clamoribus cuncta feruere cœpere. Nec deerat ſeditioſiſſimus ille Miniſter Hermannus, voce, manu hortari ſingulos, ne publicæ libertatis protectores ante ſuos oculos triſtiſſimâ morte perire paterentur. Caluiniſtæ igitur correptis raptim armis, ad portam quæ Auſterwelium verſus ducit, vno impetu feruntur. Sed eam Auriacus diligenter occludi, firmiſque cuſtodijs obſeruari iuſſerat, Beauuoiſij aduentum ſuſpectans. Ac ne tunc quidem aperiri volebat. Caluiniſtę furore amentes, in pontē Merium ſecedunt denſis agminibus. Totâ vrbe non alia vox audiebatur, quàm clamantium ad arma. Et vndique tym-

tympana pulſari cœperant: cùm tam ciues, quàm milites ſub ſuis quiſque ſignis conueniunt. Cæterùm miles ad continendam ciuium tranquillitatem in ſacramentum adactus, atque in octo cohortes diſtributus, ſtationes in foro agere conſueuerat. Nec tum quemquam ciuium propiùs accedere patiebatur. Ea res acuit tumultuantium animos, in ſe armari credentium. Conſultatum eſt, an impreſſionem in milites facerēt. Plus quindecim Caluiniſtarũ millibus ſtabant in Mereo ponte. Præter eos quatuor millia Coperbruggium pontem inſederant. Vrgebátque aſperiora Miniſter Hermannus. Cùm magiſtratus famâ mali perculſus, Auriacum adijt. Hoochſtratanus quoq; ad eundem peruenit. Illo protenus ad mitigandos Coperbruggios procedere iuſſo, Auriacus in Merium pontem contendit cum Stralio conſule. Propinquantibus obuiã venere tumultuantes, quaſi per officiũ. In quorum mediũ receptus; *Quid,* inquit, *viri Antverpienſes hæc ſibi vult repentina cõſternatio? quò ruitis armati? quid vobis*

vultis? quibus istà secessione excidium machinamini? si quis iniurius est vobis, accedam ad partes. Sed ante omnia intelligam in quos vndaturus sit ille impetus, vtrum in hostes, an, quod abominor, in ciues. Vt nemo aliquis audebat loqui; ita atrocissimus clamor oriebatur, indiscretis vocibus foro se excludi frementium. Tum ille: *Si nulla alia res concordiam vestram remoretur, armorum contentione non est opus. Cõtinete manus à ciuili sanguine, nec in viscera vestra armamini. Parum interest vtrum vos, an illi forum insideant. Milites quos videtis vestri sunt. vestro ære merent. ducum vestrorum imperia tesserámque accipiunt. Pro vobis stant. Pro vobis excubant. Communem ciuitatis tutelam gerunt. Neq; eos vtiq; in ciues; sed in seditiosos, pacísque turbatores conscripsimus; in hac potissimùm regione vrbis custodiam agere iussos. Ita fert rigor militaris disciplinæ, vt intra fines sibi assignatos, armatum neminem extra commilitones recipiant. Si tamen ita vultis, per me licet, vt pari iure in foro excubetis cum militibus; modò vos quietos, regendósq;*

præste-

praestetis. Hæc dicenti, ij qui ad Coperbruggium consederant, superueniunt. Nequaquam pari modestiâ Hoocstratanum ad se venientem exceperant. Cui nec par gratia, nec fauor, & minor auctoritas apud vulgum; quia non apertè, vt Auriacus, in causam sectariorum descenderat. Circumstiterant densis agminibus orantem, insano tumultu identidem proditorem appellantes: adeo vt quidam pannitonsor pectori eius sclopum admouens, minaretur se explosurum, ni statim reserarentur portæ ciuitatis, ac sua iura ciuibus restitueret. Ille præsenti metu mortis exterritus, cuncta ex voluntate eorum facturum se respondit. Portarum claues Auriaco commissas, nec per se stare quò minùs acciperent. Irent secum, & peterent, nullam in illo moram fore. Inde seditiosissimum quemque verbis permulcens, flectere cœpit mobiles animos. Signo igitur clamore dato, in pontem Merium viam instituunt. Venientibus Auriacus obuiam factus, & inconditâ vociferatione portarum claues flagitantibus

tibus adferri curauit. Minister Hermannus eas accepit, & per medios erumpens cuneos, ducem se ad portam præbuit. Conclamatione factâ vniuersi sequuntur. Auriacus properantibus se inseruit, eos qui proximè veniebant crebro incusans; *quò sic ruerent, inepta bello turba, & disciplinæ nescia. Irent quò vellent, sexcentos equites in suburbijs instructos, amentiam illorum exspectare.* Eadem à magistratibus constanti asseueratione ingerebantur. Nec à vero aberrabat coniectura. Beauuoisius enim tumultu audito, equitatum omnem præmiserat, ac si res ferret, disiectis obuijs, in vrbem prorumpere iusserat. Iámque frequens armatorum globus excesserat portis; cùm Auriacus ad eos qui sequebantur conuersus, *ego me*, clamabat *in tempore subducam manifesto discrimini, vt internecionis vestræ nuncium domi exspectem. Sapiet is quidem, qui exemplo meo idem faciet, damnatâ illorum temeritate, quos inconditè portis egressos, præsentissimum exitium accersere video.* Simul his pedem referebat.

Abeun-

Abeuntem illum primo proximus quiſque, deinde qui ſucceſſerant ſequi cœpere. Mox ij qui egreſſi fuerant, cum nemo ampliùs ſequeretur, & ipſi in vrbem reuertuntur, cæteris proditionem identidem exprobrantes. Hermanno auctore ſigna rurſus transferuntur in pontem Merium. Aditus omnes vigilijs firmant. Præſidia & ſtationes in foro locant. Crebríſq; clamoribus, *Viuant Geusij*, exultantes, noctem turbidam & minacem egere. Pauida interim ciuitas, & prædæ expoſita mutuo metu ſuſpendebatur. Hi qui domi quieti conſederant, Caluiniſtarum peruicaciam extimeſcebant; incerti quò tanta vis tandem erumperet. Caluiniſtas econtra anxios habebat, ne vlcerata cæterorum ciuium patientia, ad Regias partes ſubſidiáque reſpiceret. Ortâ luce, in pontem Merium tormenta trahuntur. Quamuis nihil in commune turbaretur, non defuere tamen qui ſacerdotibus & monaſterijs, potentiorúmque ciuium fortunis illuderent. Crederes vrbem ab hoſtibus

ſtino delectu militem efficere. Reliquias cladis à Noircarmio acceptæ, per idoneos homines ſeorſim alium ab alio Antverpiam perducebant. Ad quorum famam certatim vndique confluebant Iconomachi acerbiore quæſtione domo expulſi. Multi quoque nobiles, priuatim degeneres, publicè pernicioſi, nullam in pace ſpem, omne conſilium in turbidis reponebant. Wallacriam inſulam in Zeelandiâ, atque Amſterdamum in Hollandiâ ex conſilio Auriaci occupare ſuſceperant. Ibi in medijs vndis nidificantes, Regis vires quaſſare, æraríumque eius laſſare decreuerant. In hæc facinora duces electi, Dominus Tholouſius, & Brederodius. Hunc Amſterdamum proficiſci volebant, contumaciam eorum penes quos ciuitatis regimen, ſtudiò partium viribuſque fracturum. Zeelandiam Tholouſio inuadendam deſtinauerant. Erat hic ex Marnixiorum nobili familiâ, Domini S. Aldegondi frater, manu ſtrenuus, militarium artium gnarus, & turbandis rebus aptiſſimus.

Nec solutiori curâ Gubernatrix agebat, cui paratus hostium ferè noti. Nec inter tot conscios occulti manere poterant. Tres cohortes Tornaco venere. Iter in Zeelandiam habentes, missus statim nuncius assequitur, vt Axellæ, & Terneusæ subsisterent. Præmiserat enim Gubernatrix in Walacriam Cattemij Dominum cum ducentis militibus, arcem Rammekins occupaturum præsidio. Cæterùm præfectus arcis militares copias detrectauit recipere; fide ambiguus, palam regias partes, occulto fauore rebellibus adhærebat. Cattemius inde Middelburgum contendit. Eandem quoque claudentem sibi portas inuenit; Petrus Heckius perfidiæ imminens, multitudinis animos in tumultum erexerat. Erat is deuinctus Auriaco, cuius suffragio in præturam emerserat. Et hinc dignitatis prærogatiuâ ferox, proditurum se ciuitatem Tholousio addixerat. Iacebat ergò exclusus miles in littore, nec lacessens quemquam, nec lacessitus. Quippe tanquam mox recessurus exspectare credebatur Guberna-

tricis imperium. Nam & Cattemius securitatem ciuium interrumpere timens, hanc famam rumoribus dederat. Auersis igitur à sinistrâ suspicione omnium animis, surgente aurorâ, nemine sentiente Vlissingam intrauit. Densa enim nebula prospectum abstulerat. Aduectis mox tormentis totam insulam terrore consternatam Regij iuris fecit.

Interea Gubernatrix Auriacum & Hoochstratanum Antverpiæ agentes, crebris epistolis admonebat de occulto Brederodij apparatu, atque vt oppido cedere iuberetur. Nec moram rebelles fecere. Verebantur enim maximè ne præsidiarij Regij Zeelandiam præriperent, quos in procinctu esse cognouerant. Proximâ igitur die cohortes ad parata deduxere nauigia. Brederodius copiarum parte acceptâ, cursum in Hollandiam direxit. Maior numerus Tholousiũ sequebatur velificantem in Walacriam. Nunciatur ei in itinere insulam à præsidiarijs Regijs occupatã, ad obsequium Gubernatricis se cõponere. Sexcentos nõ amplius milites habebat, nec armis nec disciplinâ instructos. Cum quibus fortu-

fortunam belli tentare amentia videbatur. Consilij incertus, retortis, puppibus relegit flumen, & propinquum Scaldi pagum, haut procul Antverpiâ Austerwelium nomine, castris occupat, ampliorem delectum habiturus. Multi enim impigrè nomina dabant, studio Ministrorum, varijs artibus iuuentutem subruentium.

Postquam autem de Tholousij machinis certâ fide Gubernatrici relatum est, priusquã præcoces rebellium apparatus in iustum crescerent exercitum, prælio experiri constituit. Philippum Lanoium Beauuoisij dominum egredi aduersus hostem iubet. Quadringentos ei milites ex Bruxellensium præsidiarijs attribuit, additâ Ioannis Grauij Brabantiæ prætoris equitum alâ. Valentinus de Pardieu Mottæ dominus cohortes iungere iubetur, quas Axellæ & Terneusæ substitisse diximus. Hanc tantillam manum Beauuoisius tertio Idus Martias promouit in hostem. Frequentẽ eum per agros palantem inuenit. In hos eques inuehi iussus, pedes in munimẽta in-

incubuit. Multi primo impetu obtriti ſunt, necdum iuſtis armis inſtructi. Et ſtatim pauor intrauit animos. Fit igitur paſſim fuga ex caſtris. Nec conſilio, nec imperio ad vexilla reuocari poterant metu mortis perculſi. Caſtra in plano ſita erant, & in medio prætorium, quod haut multò ante canonicus quidam ad voluptatem conſtruxerat. In hoc Tholouſius, à maiori ſuorum parte deſtitutus, ſe recipit cum promptiſſimis. Qui magnitudine criminum à ſpe veniæ excluſi, ac neceſſitatem æſtimantes, ad vltimum fortunam experiri decreuerant. Sed inde nec vi pelli, nec ad pugnam elici poterant: cum Beauuoiſius ignem tectis inijci iuſſit. Ac ne tum quidem deditionem fecere. Pauci viam ferro aperuerant; & confecti ſunt á circumſidentibus. Correpta latiùs flamma contumaces abſumpſit. Cæterùm qui fugam acceperant, ab equitibus ferè proterebantur. Quorum impetum vt euitarent, multi ſe præcipitabant in flumen, decliuia eius proſequentes, quoad eminente aquis vertice lubri-

lubricísque ſtantes veſtigijs, aut abſumerentur ab æſtu, aut deſtinato ſcloporum ictu conciderent. Solà inſequentium tela metuebantur, ad quæ effugienda, non dubitabant etiam barbaro elemento ſpiritum committere. Duarum non amplius horarum prælium, & incruentum Regijs fuit. Duo tantum deſiderati traduntur. Cecidere rebellium circiter mille. Inter eos plurima nobilitas, atrociora ſupplicia metuens honeſtæ mortis gloriam quæſierat. Fuerant qui ſe dederent, & Beauuoiſij iuſſu occiſi ſunt. Per ſequentes verò dies, multi ex fugâ retracti, quidam etiam prodebantur ab agricolis petulantiæ eorum infenſis. Quos deinde Gubernatrix in exemplum crucibus affixit. Ioannem Dioniſium centurionem torquere iuſſit, ſciſcitatura quo conſilio conſcriptus eſſet tantus exercitus. Delectum ille in Flandriâ habuerat. Tormentis admotus exſtimulatum ſe ad arma fatebatur à Petro D'Atheno Miniſtro. nihil præterea quidquam ſcire.

Cæterùm dum colluctantur acies, populus

Antverpienſis à mœnibus arceri non poterat. Ruebant omnes ad ſpectaculum prælij, in ſpem aut metum propenſi, pro cuiuſque affectibus. Sectariorum tamen animos intentior cura terrore miſcebat, vtique poſteaquam diſcuſſo ventis fumo & puluere, liberius cœlum oſtendit in Beauuoiſianos inclinare victoriam. Vbi verò apparuit, tranſactum eſſe de fortunâ partium, Thelouſiumque prætorio incluſum, vltimo diſcrimine laborare; clamoribus cuncta feruere cœpere. Nec deerat ſeditioſiſſimus ille Miniſter Hermannus, voce, manu hortari ſingulos, ne publicæ libertatis protectores ante ſuos oculos triſtiſſimâ morte perire paterentur. Caluiniſtæ igitur correptis raptim armis, ad portam quæ Auſterwelium verſus ducit, vno impetu feruntur. Sed eam Auriacus diligenter occludi, firmiſque cuſtodijs obſeruari iuſſerat, Beauuoiſij aduentum ſuſpectans. Ac ne tunc quidem aperiri volebat. Caluiniſtę furore amentes, in pontẽ Merium ſecedunt denſis agminibus. Totâ vrbe non alia vox audiebatur, quàm clamantium ad arma. Et vndique tym-

tympana pulſari cœperant: cùm tam ciues, quàm milites ſub ſuis quiſque ſignis conueniunt. Cæterùm miles ad continendam ciuium tranquillitatem in ſacramentum adactus, atque in octo cohortes diſtributus, ſtationes in foro agere conſueuerat. Nec tum quemquam ciuium propiùs accedere patiebatur. Ea res acuit tumultuantium animos, in ſe armari credentium. Conſultatum eſt, an impreſſionem in milites facerẽt. Plus quindecim Caluiniſtarũ millibus ſtabant in Mereo ponte. Præter eos quatuor millia Coperbruggium pontem inſederant. Vrgebátque aſperiora Miniſter Hermannus. Cùm magiſtratus famâ mali perculſus, Auriacum adijt. Hoochſtratanus quoq; ad eundem peruenit. Illo protenus ad mitigandos Coperbruggios procedere iuſſo, Auriacus in Merium pontem contendit cum Stralio conſule. Propinquantibus obuiã venere tumultuantes, quaſi per officiũ. In quorum mediũ receptus; *Quid,* inquit, *viri Antverpienſes hac ſibi vult repentina cõſternatio? quò ruitis armati? quid vobis*

 vul-

vultis? quibus istâ secessione excidium machinamini? si quis iniurius est vobis, accedam ad partes. Sed ante omnia intelligam in quos vndaturus sit ille impetus, vtrum in hostes, an, quod abominor, in ciues. Vt nemo aliquis audebat loqui; ita atrocissimus clamor oriebatur, indiscretis vocibus foro se excludi frementium. Tum ille: *Si nulla alia res concordiam vestram remoretur, armorum contentione non est opus. Cōtinete manus à ciuili sanguine, nec in viscera vestra armamini. Parum interest vtrum vos, an illi forum insideant. Milites quos videtis vestri sunt. vestro are merent. ducum vestrorum imperia tesserámque accipiunt. Pro vobis stant. Pro vobis excubant. Communem ciuitatis tutelam gerunt. Neq; eos vtiq; in ciues; sed in seditiosos, pacísque turbatores conscripsimus, in hac potißimum regione vrbis custodiam agere iussos. Ita fert rigor militaris disciplina, vt intra fines sibi aßignatos, armatum neminem extra commilitones recipiant. Si tamen ita vultis, per me licet, vt pari iure in foro excubetis cum militibus; modò vos quietos, regendósq; praste-*

præstetis. Hæc dicenti, ij qui ad Coperbruggium consederant, superueniunt. Nequaquam pari modestiâ Hoocstratanum ad se venientem exceperant. Cui nec par gratia, nec fauor, & minor auctoritas apud vulgum: quia non apertè, vt Auriacus, in causam sectariorum descenderat. Circumstiterant densis agminibus orantem, insano tumultu identidem proditorem appellantes: adeo vt quidam pannitonsor pectori eius sclopum admouens, minaretur se explosurum, ni statim reserarentur portæ ciuitatis, ac sua iura ciuibus restitueret. Ille præsenti metu mortis exterritus, cuncta ex voluntate eorum facturum se respondit. Portarum claues Auriaco commissas, nec per se stare quò minùs acciperent. Irent secum, & peterent, nullam in illo moram fore. Inde seditiosissimum quemque verbis permulcens, flectere cœpit mobiles animos. Signo igitur clamore dato, in pontem Merium viam instituunt. Venientibus Auriacus obuiam factus, & inconditâ vociferatione portarum claues flagitan-

 tibus

Abeuntem illum primo proximus quisque, deinde qui successerant sequi cœpere. Mox ij qui egressi fuerant, cum nemo amplius sequeretur, & ipsi in vrbem reuertuntur, cæteris proditionem identidem exprobrantes. Hermanno auctore, signa rursus transferuntur in pontem Merium. Aditus omnes vigilijs firmant. Præsidia & stationes in foro locant. Crebrísq; clamoribus, *Viuant Geusij*, exultantes, noctem turbidam & minacem egere. Pauida interim ciuitas, & prædæ exposita mutuo metu suspendebatur. Hi qui domi quieti consederant, Caluinistarum peruicaciam extimescebant; incerti quò tanta vis tandem erumperet. Caluinistas econtra anxios habebat, ne vlcerata cæterorum ciuium patientia, ad Regias partes subsidiáque respiceret. Ortâ luce, in pontem Merium tormenta trahuntur. Quamuis nihil in commune turbaretur, non defuere tamen qui sacerdotibus & monasterijs, potentiorúmque ciuium fortunis illuderent. Crederes vrbem ab hostibus

bus

bus infeſſam. Suſpecta tumultuantium auaritia, pari metu omnes concuſſerat. Nec deerat Auriacus, æquis condicionibus iratos componere. At Miniſtris immodicâ cupiditate flagrantibus, nullæ ſatis leges placebant. Animi ex ſeditione creuerant. Quibus rebus permotus Auriacus, reſiduam plebis partem, & ipſam armatam, furentibus opponere conſtituit. Coacto igitur domi ſenatu, tribunos ſimul plebis, atq; optimum quemque in concilium adhibuit. Et ſi pacem habere vellent, oſtentandum eſſe bellum edocuit. Arma armis compeſcerent. Neque enim turbulentos illos ſpiritus rabiem poſituros, quàm ſi contra paratos aſpexerint, qui opes ſuas poſſent defendere. Nemo erat cui non placeret hæc ſententia. Miſſi ſunt clanculum per ciuitatem, qui catholicos atque externos omnes citarent armatos in craſtinum. Lutheranos quoq; Miniſtri ſpondebant venturos. Multi enim in ciuitate catholici, plures Lutherani erant, iuxta Calueniſtis infenſi, qui in omnes ſemper imperium vſurpant. At hi, tametſi

vali-

validiores ſingulis, ab omnibus tamen numero ſuperabantur. Cæterùm Lutherani genio ſectæ quieti, nec catholicis diſcordes, hactenus in Kilio pago pari iure diuina fecerant. Et hæc quoque inter reliquas ſectas à magiſtratu potiſſimùm fouebatur Non odio priſtinæ religionis; verùm ne in tantâ nouarum opinionum dulcedine, Romaníſque ritibus in faſtidium verſis, omnia ad Caluiniſtas vergerent. Quorum factio regnantibus grauis; Lutherani ciuilium patientes, nec aduerſi ſceptris habebantur. Et hinc magiſtratus æquo animo acceperat, vocatos ab his è Germaniâ pleroſque doctores, & inter eos Matthæum Flaccum Illiricum Spangenburgicum, hominem non ineruditum. vt diſcordias exerceret cum Caluiniſtis, haut dubiè in vtriuſque ſectæ perniciem inſtructas, quoties ſecurà profeſſione, ſegníque pace aluntur. Poſtridie igitur Lutherani, vt conſtitutum erat, in forum equinum frequentes conueniunt, & Miniſtri in partibus. Simul ad delubrum S. Mi-

chaëlis ingentem planitiem multitudine complent. Catholici autem Ooſterlingorum diuerſorium occupant atque vnà cum his Itali, Hiſpani, Luſitani, cæteræque externæ gentes. Nemo omnino erat, qui in partes non ſecederet. Non tam ſtudio reipublicæ, quàm priuatarum rerum curâ, & Caluiniſtarum formidine ſpolijs inhiantium. Sed in eo diſcurſu occupati, cùm alijs alij occurrerent, inuicem ſuſpecti, & quam religionem colerent interrogantes, non ſine mutuo terrore ferebantur. Triſte mortalibus ſpectaculum datura videbatur ciuitas, & ſub mutuis ictibus vapulatura; cùm Auriacus, cunctis ſollicitâ exſpectatione ſuſpenſis, & quid futurum eſſet inuicem quærentibus, dandum adhuc pœnitentiæ ſpatium Caluiniſtis cenſuit. Miſit itaque ad miniſtros, qui ſignificarent, vſurum ſe promiſcuâ cæde ni ſanioribus conſilijs flecterentur. Neque multò poſt à Caluiniſtis ingenti metu correptis, venere delegati. Miniſtri vnà aderant, tan-

quam ex officio sequestres pacis, quam nimiâ ferociâ concusserant. Illic agi de concordiâ cœptum. Consensúmque in condiciones, quas pridie reiecerant. Paucæ omnino erant. *Pacta mensis Septembris rata sunto. Fidem Regi magistratibúsque præstanto. Externi milites, nisi consentiente populo, intra mœnia ne admittuntor. Iurata priuilegia seruantor. Cuiusque religionis homines concordiam fouento. Claues ciuitatis Auriacus obtineto. Nocturnæ, diurnæque vigiliæ, nullo religionum discrimine habentor. Tormenta bellica manibus redduntor. Cauebatur præterea, vt Auriacus, cum magistratibus, & collegijs quadringentos equites legerent, naues ad bellicos vsus in flumine instruerent. In hanc rem Ecclesiastici cum ciuibus stipendia conferrent.* Publicatis legibus primi omnium Hispani atque Itali arma posuere. Eos mox Caluinistæ secuti sunt. Deinde Catholici, & ad vltimum Lutherani.

Ciuitas quidem magno discrimine exemta

babatur. *Nihil adhuc apertè agendum*, censebant. *Cum vulpe vulpinandum esse. Pari arte, pari simulatione, quâ ipsos cogitaret peruertere, fallacem eluderent. Hortandum esse blandioribus litteris, vt ab inceptis Brederodium auertat, vel contumacem Amsterdamo eijciat. In hanc rem Hollandiam peteret, & accepto Regis Sacramento prouincias curaret, aut apertè denunciaret, quid de his fieri vellet. Sine rectore diutius relinqui non posse.* Ex hac sententiâ secretario Bertio ad Auriacum misso, Torrius simul ad Brederodium destinatus est, cum mandatis quæ iuberent eum Amsterdamo cedere. Inter hæc Gubernatrix Hermannum & D'Athenum Ministros proscripsit. Ingenti pecuniâ promissâ, si quis viuos ad se retraheret. Sed exitiabiles homines, sua ipsorum solertia supplicio subduxit. Dei irâ in rempublicam, quam post aliquot annos non minùs atrociter concussere.

In hac religionum tempestate, III. idus Mart. primus Gandaui, Iesuita sermonem insti-

instituit. Quippe Iesuitarum societas surgente Luthero exordium cœperat. Quasi præcauentibus fatis, vt essent, qui effrænam licentiam, quam ille priscorum hæreticorum vestigia ingressus, torpenti sæculo induxerat, seueriori disciplinâ exemplóque corrigerent. Igitur ad excipiendum concionatorem recens aduectum, magno concursu populus affluxit, vt ferme solet ad noua omnia. Multitudinem templa non capiebant. Christianæ religionis rudimenta magno plausu exposuit. Res à prudentioribus hactenus desiderata, nec frustra cecidit. Multi illo auctore reuocati sunt ad ecclesiam. Vt facilè appareret, non tam suo, quàm doctorum ingenio laborasse prouincias. Ministri cœptis eius æmuli, ac paucitate auditorum contempti, & ipsi acriùs concionari cœpere, necnon sordidissimùm quemque ex plebe donis illicere. Quibus cognitis senatus interdixit, ne quis sub eleemosynarum specie pecuniam pub-

publicè distribueret. Cæterùm vt ad ordinem historiæ redeam, varia legatorum fortuna fuit. Torrium à Brederodio contumeliosius exceptum, Coniurati captiuum faciunt. Commentarios & mandata intento mortis metu tradere subigunt. Ac ni magistratus tanti viri calamitate motus, clam emisisset portis ciuitatis, haut multùm aberant à cæde legati, cuius etiam summa semper reuerantia valuit apud barbaros. Auriarcus autem Bertium benignè habuit. Pari quoq; humanitate ad ea quæ rogaretur, in hæc verba respondit. *Renuncia Gubernatrici, quæ hactenus fecerim, omnia contulisse àd salutem imperij. Cur ergò de fide meà dubitare debeat, non intelligo. Multis honoribus à Rege excultus sum. At in auspicijs singulorum sacramentum dixi. Quod in hunc quoque diem illibatum seruaui. Idem verò reuocare non possum, nisi vt venisse videar in suspicionem perfidiæ. Ex quo gubernaculis admotus sum, priuatis necessitudinibus rempublicam semper antehabui. Brederodium Antverpiâ abire per-*

permisi, cum incondita multitudine, quam scripsisse se dicebat in ordinaria turmæ supplementum. Neque enim, quod sciam, Gubernatrix ei præfecturam ademit. Proinde si in Hollandia hostilia cœptauerit, fuerit eius ista excusatio. Scito me perinde falli potuisse, ac ipsam Gubernatricem. Eadem solertia vtrisque imposuit. Facturum hoc eum diuinare non potui, cum quo consilia non communico. Ego vt primùm licuit, quieta turbidis anteposui. Efferatam hanc ciuitatem pacaui, non sine discrimine vitæ meæ. Nullum ob priuatum respectum. Sed vt in obedientia Regis contineam. Et hac causa fuit, cur in Hollandiam non concesserim. Arctiùs hic detineor, inconstantia ciuium, bona fide pacem non colentium. Nec me pœnitet obsequij. Quòd in obedientia huius ciuitatis magnam partem tranquillitatis positam esse videam. Gubernacula verò resignare non possum, nisi volente eo à quo accepi. Per me non stat, quò minùs Gubernatrix prouincijs consulat, prout expedire ipsa duxerit. Ego omnino manum subtraho.

Vnum tamen monitum velim, solidam pacem haberi non posse, nisi ex totâ gente Concilium contrahens Rex, præteritarum rerum gratiam sponte fecerit. Quippe eam nemo petiturus est, nisi vt ex propriâ confessione nocens esse sustineat.

His in aulam relatis, multiplici sollicitudine Gubernatrix tangebatur. Centum & amplius nobiles Coniurati cum Auriaco pacti ferebantur, haut aliter se cũ Rege in gratiam redituros, quàm si & ipsos, & ciuitates, decreto suo absolueret. Antverpienses quoque hoc ipsum oraturi, libellum curiæ obtruserant. Adhæc prope tertius mensis erat ex quo Valencenenses obsidione pressi, pertinaciam non consumpserant. Nobilis & potens ciuitas defectione suâ reliquas attraxerat. Eâque deditâ peruicacissimorum animi redituri rursus videbantur ad respectum imperij. In quam proinde iustâ irâ stimulabatur. Sed in obsidione perseuerando grauiora timebat. Ne forte ad Gallorum auxilia oppidani respicerent. In quorum studia

Mini-

Miniſtri accendebant. Deinde pudebat hærere circa muros vnius ciuitatis,aliarum opportunitate relictâ. Omnia igitur circumſpicienti optimum viſum, oblatis condicionibus deditionem exigere. Ad tentandos obſeſſorum animos Egmondanus & Arſchotanus mittuntur. Velencenenſium delegatos Beuuragium euocant. Eos Noircarmius protenus adduxit, vt leges acciperent, admonens, quas Gubernatrix præſcipſerat. *Vrbem dederent. Præſidiarios reciperent. Iis quibus placeret,integrùm eſſet proximis diebus quindecim oppido cedere. Intra quos bona distrahere, vel transportare poſſent. Cæteri ſine fraude in vrbe agerent. In officio ſe continerent. Edicta de religione acciperent. Aboleretur memoria rerum præteritarum. Integrum cuique fore innocentiam ſuam teſtificari coram Rege,coram Status aut Priuato, aut Mechlinienſi Concilio.* Anxijs ad hæc delegatis, Egmondanus magnopere ſuadebat, *ne vim,quàm clementiã Regis experiri vellent. Nullam ſpem in armis reliquã. Rebelliũ copias ad internecionem cæſas,cum Tholouſio duce.*

Nullam opem restare. Solos in contumaciâ persistere. Reliquas ferè ciuitates maiestatem agnoscere. Dum liceret, voluntate suâ facerent, quod coacti mox facturi essent cum pernicie omnium. Inducias in triduum fore. Intra quos responsum opperirentur. Ea postquã Valencenis audita, magis optimatibus placebant, quàm multitudini. Seditiosissimi quique cum Ministris plebem stimulabant ad bellum. In procinctu stare subsidia. Falsáque esse quæ de Tholousio traderentur, Optimates autem in contrarium tendebant. Nec interim multitudo se continuit, quin crebrâ tormentorum explosione in inducias peccaret. Patrũ precibus ad vltimum victa, ita legibus assensa est; *si crimine læsæ maiestatis ciues absoluerentur. Edictum quo hostes iudicati essent irritum fieret. Vtrimque dimitterentur captiui. Bona in fiscum redacta, aut ab eodem distracta, restituerentur. Præsidiarij are Regis mererent, sine molestiâ vel incommodo ciuium. Vrbem non intrarent, priusquam hi, qui discedere vellent, fortunas suas*

suas extulissent. In hanc rem legitimum tempus præstitueretur. His perferendis, duodecim ex optimatibus delecti sunt. Proceres infesto vultu ad se venientes excipiunt; fortunæ eorum non conuenire intonantes, victoribus leges præscribere. Clementiâ verò indignos videri, qui sanctitatem induciarum polluere sustinuerant. Proinde ni ciuitatem, séque deditum venissent, vti sine morâ decederent. alioquin vinctis post tergum manibus in vrbem propulsuros. Diriguerunt illi ad hanc vocem, & de multitudinis geniò multa questi, Ministros substituebant in crimen. Ad vltimum id modò petebant, vt sibi saltem mitigati esse vellent, ac bonâ eorum pace extra oppidum liceret persistere. Surdæ erant Procerum aures ad has preces; cùm vniuersi se prostrauerũt in terram, genibúsque Egmondani aduoluti, per illius genium veniam precabantur. Sed ne tum quoque Noircarmius flectebatur. Catenis igitur adferri iussis, contumeliæ metu in oppidum compulit. Timebat enim ne vel inuitos re-

 tinuisse

chaclis ingentem planitiem multitudine complent. Catholici autem Ooſterlingorum diuerſorium occupant atque vnà cum his Itali, Hiſpani, Luſitani, cæteræque externæ gentes. Nemo omnino erat, qui in partes non ſecederet. Non tam ſtudio reipublicæ, quàm priuatarum rerum curâ, & Caluiniſtarum formidine ſpolijs inhiantium. Sed in eo diſcurſu occupati, cùm alijs alij occurrerent, inuicem ſuſpecti, & quam religionem colerent interrogantes, non ſine mutuo terrore ferebantur. Triſte mortalibus ſpectaculum datura videbatur ciuitas, & ſub mutuis ictibus vapulatura; cùm Auriacus, cunctis ſollicitâ exſpectatione ſuſpenſis, & quid futurum eſſet inuicem quærentibus, dandum adhuc pœnitentiæ ſpatium Caluiniſtis cenſuit. Miſit itaque ad miniſtros, qui ſignificarent, vſurum ſe promiſcuâ cæde ni ſanioribus conſilijs flecterentur. Neque multò poſt à Caluiniſtis ingenti metu correptis, venere delegati. Miniſtri vnà aderant, tan-

quam ex officio sequestres pacis, quam nimiâ ferociâ concusserant. Illic agi de concordiâ cœptum. Consensúmque in condiciones, quas pridie reiecerant. Paucæ omnino erant. *Pacta mensis Septembris rata sunto. Fidem Regi magistratibúsque præstanto. Externi milites, nisi consentiente populo, intra mœnia ne admittuntor. Iurata priuilegia seruantor. Cuiusque religionis homines concordiam fouento. Claues ciuitatis Auriacus obtineto. Nocturnæ, diurnæque vigiliæ, nullo religionum discrimine habentor. Tormenta bellica manibus redduntor. Cauebatur præterea, vt Auriacus, cum magistratibus, & collegijs quadringentos equites legerent, naues ad bellicos vsus in flumine instruerent. In hanc rem Ecclesiastici cum ciuibus stipendia conferrent.* Publicatis legibus primi omnium Hispani atque Itali arma posuere. Eos mox Caluinistæ secuti sunt. Deinde Catholici, & ad vltimum Lutherani.

Ciuitas quidem magno discrimine exemta

videbatur. At non Gubernatrici iucunda hæc erant. Mouebatur præcipuè præsidiariarum nauium, equitúmque mentione fœderibus illatâ. Et quamuis magistratus fidem faceret, non suâ voluntate conditionem hanc adscriptã legibus; sed vt aliquo blandimento amentiam ciuium ad quietem deduceret: Gubernatrici tamen ad insidias vigilanti suspecta omnia erant. Siquidem Auriacus & Hornanus in verba Regis detrectabant iurare. Traiectenses ad Mosam, & Siluæducenses nouos delectus agebant. Nec multò lætiora ex Hollandiâ nunciabantur. Amsterdamum à Brederodio militibus insessum. Præsidiarias naues à tumultuantibus exstrui. Contractis igitur in concilium Proceribus, quid de his facto opus, consultat. Quorundam suffragia ferebant; *Quærendum ab Auriaco an sacramento tandem obstringi cuperet. Quòd si id ipsum detrectaret, prouincias eo statu redderet, quo à Rege acceperat. Amsterdamum ab amicis eius occupatum esse. Ac ni concepti sceleris conscius foret, non dimissurum*

fuisse

fuisse Antverpiâ Brederodium, cum tantâ multitudine legibus proscriptâ. Quippe sciebat eum publicæ paci illusurum. Hæc tamen vtcumq; excusari poßint: purgare certè non posse, quòd haut ignaro ipso rebelles in Hollandiâ classem instruerent, militem scriberent, palam bellum tractarent. Iam quidem ipsum scribere, paratum se renuntiare prouincijs. Nempe vt excusandum non haberet, quod ibi peccaretur. Simulationem duntaxat eße, vt pro amico facilius imponeret callidißimus veterator. Nam si prouincias dimittere velit, cur id protenus non facit, vt fidelioribus, quam ipse sit, tradi poßint? Cur reseruat sibi gubernaculum Burgundiæ? cur Antverpiensis ciuitatis? Fastidientem beneficia Regis, alia ex his retinere, alia remittere non posse pro suâ libidine. Deniq; contra morem facere, quòd ordinariæ turmæ præfecturam iniuratus poßideat. In hoc potißimùm sacramentum exigi: vt Regi seruiant sui milites, & eosdem amicos inimicósque habeant, quos ipse habuerit. At non idem consultioribus pro-

babatur. *Nihil adhuc apertè agendum*, censebant. *Cum vulpe vulpinandum esse. Pari arte, pari simulatione, quâ ipsos cogitaret peruertere, fallacem eluderent. Hortandum esse blandioribus litteris, vt ab inceptis Brederodium auertat, vel contumacem Amsterdamo eijciat. In hanc rem Hollandiam peteret, & accepto Regis Sacramento prouincias curaret, aut apertè denunciaret, quid de his fieri vellet. Sine rectore diutius relinqui non posse.* Ex hac sententiâ secretario Bertio ad Auriacum misso, Torrius simul ad Brederodium destinatus est, cum mandatis quæ iuberent eum Amsterdamo cedere. Inter hæc Gubernatrix Hermannum & D'Athenum Ministros proscripsit. Ingenti pecuniâ promissâ, si quis viuos ad se retraheret. Sed exitiabiles homines, sua ipsorum solertia supplicio subduxit. Dei irâ in rempublicam, quam post aliquot annos non minùs atrociter concussere.

In hac religionum tempestate, III. idus Mart. primus Gandaui. Iesuita sermonem insti-

instituit. Quippe Iesuitarum societas surgente Luthero exordium cœperat. Quasi præcauentibus fatis, vt essent, qui effrænam licentiam, quam ille priscorum hæreticorum vestigia ingressus, torpenti sæculo induxerat, seueriori disciplinâ exemplóque corrigerent. Igitur ad excipiendum concionatorem recens aduectum, magno concursu populus affluxit, vt ferme solet ad noua omnia. Multitudinem templa non capiebant. Christianæ religionis rudimenta magno plausu exposuit. Res à prudentioribus hactenus desiderata, nec frustra cecidit. Multi illo auctore reuocati sunt ad ecclesiam. Vt facilè appareret, non tam suo, quàm doctorum ingenio laborasse prouincias. Ministri cœptis eius æmuli, ac paucitate auditorum contempti, & ipsi acriùs concionari cœpere, necnon sordidissimùm quemque ex plebe donis illicere. Quibus cognitis senatus interdixit, ne quis sub eleemosynarum specie pecuniam pub-

publicè distribueret. Cæterùm vt ad ordinem historiæ redeam, varia legatorum fortuna fuit. Torrium à Brederodio contumeliosius exceptum, Coniurati captiuum faciunt. Commentarios & mandata intento mortis metu tradere subigunt. Ac ni magistratus tanti viri calamitate motus, clam emisisset portis ciuitatis, haut multùm aberant à cæde legati, cuius etiam summa semper reuerantia valuit apud barbaros. Auriarcus autem Bertium benignè habuit. Pari quoq; humanitate ad ea quæ rogaretur, in hæc verba respondit. *Renuncia Gubernatrici, quæ hactenus fecerim, omnia contulisse àd salutem imperij. Cur ergò de fide meà dubitare debeat, non intelligo. Multis honoribus à Rege excultus sum. At in auspicijs singulorum sacramentum dixi. Quod in hunc quoque diem illibatum seruaui. Idem verò reuocare non possum, nisi vt venisse videar in suspicionem perfidiæ. Ex quo gubernaculis admotus sum, priuatis necessitudinibus rempublicam semper antehabui. Brederodium Antverpià abire*

per-

permisi, cum incondità multitudine, quam scripsisse se dicebat in ordinaria turmæ supplementum. Neque enim, quod sciam, Gubernatrix ei præfecturam ademit. Proinde si in Hollandià hostilia cœptauerit, fuerit eius ista excusatio. Scito me perinde falli potuisse, ac ipsam Gubernatricem. Eàdem solertià vtrisq; imposuit. Facturum hoc eum diuinare non potui, cum quo consilia non communico. Ego vt primùm licuit, quieta turbidis anteposui. Efferatam hanc ciuitatem pacaui, non sine discrimine vitæ meæ. Nullum ob priuatum respectum. Sed vt in obedientià Regis contineam. Et hac causa fuit, cur in Hollandiam non concesserim. Arctiùs hìc detineor, inconstantià ciuium, bonâ fide pacem non colentium. Nec me pœnitet obsequij. Quòd in obedientià huius ciuitatis magnam partem tranquillitatis positam esse videam. Gubernacula verò resignare non possum, nisi volente eo à quo accepi. Per me non stat, quò minùs Gubernatrix prouincijs consulat, prout expedire ipsa duxerit. Ego omnino manum subtraho.

 Vnum

Vnum tamen monitum velim, solidam pacem haberi non posse, nisi ex totâ gente Concilium contrahens Rex, præteritarum rerum gratiam sponte fecerit. Quippe eam nemo petiturus est, nisi vt ex propriâ confessione nocens esse sustineat.

His in aulam relatis, multiplici sollicitudine Gubernatrix tangebatur. Centum & amplius nobiles Coniurati cum Auriaco pacti ferebantur, haut aliter se cũ Rege in gratiam redituros, quàm si & ipsos, & ciuitates, decreto suo absolueret. Antverpienses quoque hoc ipsum oraturi, libellum curiæ obtruserant. Adhæc prope tertius mensis erat ex quo Valencenenses obsidione pressi, pertinaciam non consumpserant. Nobilis & potens ciuitas defectione suâ reliquas attraxerat. Eâque deditâ peruicacissimorum animi redituri rursus videbantur ad respectum imperij. In quam proinde iustâ irâ stimulabatur. Sed in obsidione perseuerando grauiora timebat. Ne forte ad Gallorum auxilia oppidani respicerent. In quorum studia Mini-

Miniſtri accendebant. Deinde pudebat hærere circa muros vnius ciuitatis,aliarum opportunitate relictâ. Omnia igitur circumſpicienti optimum viſum, oblatis condicionibus deditionem exigere. Ad tentandos obſeſſorum animos Egmondanus & Arſchotanus mittuntur. Velencenenſium delegatos Beuuragium euocant. Eos Noircarmius protenus adduxit, vt leges acciperent, admonens, quas Gubernatrix præſcipſerat. *Vrbem dederent. Præſidiarios reciperent. Iis quibus placeret,integrùm eſſet proximis diebus quindecim oppido cedere. Intra quos bona distrahere, vel transportare poſſent. Cæteri ſine fraude in vrbe agerent. In officio ſe continerent. Edicta de religione acciperent. Aboleretur memoria rerum præteritarum. Integrum cuique fore innocentiam ſuam teſtificari coram Rege,coram Status aut Priuato, aut Mechlinienſi Concilio.* Anxijs ad hæc delegatis, Egmondanus magnopere ſuadebat, *ne vim,quàm clementiã Regis experiri vellent. Nullam ſpem in armis reliquã. Rebelliũ copias ad internecionem cæſas,cum Tholouſio duce.*

Nullam opem restare. Solos in contumaciâ persistere. Reliquas ferè ciuitates maiestatem agnoscere. Dum liceret, voluntate suâ facerent, quod coacti mox facturi essent cum pernicie omnium. Inducias in triduum fore. Intra quos responsum opperirentur. Ea postquã Valencenis audita, magis optimatibus placebant, quàm multitudini. Seditiosissimi quique cum Ministris plebem stimulabant ad bellum. In procinctu stare subsidia. Falsáque esse quæ de Tholousio traderentur, Optimates autem in contrarium tendebant. Nec interim multitudo se continuit, quin crebrâ tormentorum explosione in inducias peccaret. Patrũ precibus ad vltimum victa, ita legibus assensa est; *si crimine læsæ maiestatis ciues absoluerentur. Edictum quo hostes iudicati essent irritum fieret. Vtrimque dimitterentur captiui. Bona in fiscum redacta, aut ab eodem distracta, restituerentur. Præsidiarij are Regis mererent, sine molestiâ vel incommodo ciuium. Vrbem non intrarent, priusquam hi, qui discedere vellent, fortunas*

suas

suas extulissent. In hanc rem legitimum tempus præstitueretur. His perferendis, duodecim ex optimatibus delecti sunt. Proceres infesto vultu ad se venientes excipiunt; fortunæ eorum non conuenire intonantes, victoribus leges præscribere. Clementiâ verò indignos videri, qui sanctitatem induciarum polluere sustinuerant. Proinde ni ciuitatem, séque deditum venissent, vtì sine morâ decederent. alioquin vinctis post tergum manibus in vrbem propulsuros. Diriguerunt illi ad hanc vocem, & de multitudinis genio multa questi, Ministros substituebant in crimen. Ad vltimum id modò petebant, vt sibi saltem mitigati esse vellent, ac bonâ eorum pace extra oppidum liceret persistere. Surdæ erant Procerum aures ad has preces; cùm vniuersi se prostrauerũt in terram, genibúsque Egmondani aduoluti, per illius genium veniam precabantur. Sed ne tum quoque Noircarmius flectebatur. Catenis igitur adferri iussis, contumeliæ metu in oppidum compulit. Timebat enim ne vel inuitos re-

tinuiſſe crederetur, vel melioribus oppido abſtractis inſanæ multitudinis ſtudio cuncta regerentur. Nam in omni ſeditione tutiſſimum eſſe remedium, ſi & boni in partes ſeceſſerint. Quod & legibus ſuis ſanxit Solon. Vt ſemper eſſent, qui inconditam multitudinis ferociam ſanioribus conſilijs imbuerent. Oppidani ergo deſperatâ veniâ, ad defenſionem ſe conuertunt. Multi in ciuitate veterani erant. Quibus ferociſſimus quiſque ex plebe permixtus, de corpore ſuo ducem eligunt, & Cardoniâ portâ in ſtationes erumpunt. Prælium acriter, nec vt ciues ſumpſere. Multi ex Noircarmianis cadunt, plures pauore amentes in fugam conijciuntur, & ingentem trepidationem caſtris inferunt. Iam terror quoque ad præfectos peruenerat, in ſuſpicionem lapſos, non ciuium hanc aciem eſſe, ſed externorum militum auxilia ferentium. Ad primum tumultum Noircarmius contra legiones inſtruxit. Cum parte equitatus victoribus incubuit, & non ſine ſtrage in ciuitatem compulit.

Huius verò cladis dedecore admonitus, intentiore disciplinâ suos habuit. Militibúsque distributis, qui ad tormenta consisterent, quíque vallum tuerentur, Mansveldicam legionem secum assumpsit, & quà extrema desinit fossa, vallum promouet. Deinde portæ Montensis suburbia, nullo suorum desiderato, intempestâ nocte occupat. Ibi verò aggerem erigi curat, propè æquantem portarum fastigia. Quo intra secundum diem absoluto, machinas attrahi, & in summitate eius constitui iubet. Vnum & viginti tormenta erant. Quibus ingens globorum vis fuit excussa. Turris S. Nicolai, in quo oppidani machinas aliquot locauerant, in primis deijcicitur. Sub cuius ruinâ non pauci oppressi sunt. Mox in eminentiores domos tormenta diriguntur. Tunc plura vndique funera, & semiuiuorum hominum amputata, & adhuc palpitãtia membra, ipsis funeribus propemodum tristiora. Eiulatus quoque, & tectorũ cadentiũ fragores per totam vrbẽ passim audiebantur. Questúsq; mulierũ præcipuè, & puerorum

& Grangius Miniſtri, ex fugâ in vrbem retracti, tanquam principes ſeditionis damnantur. Helini pecuniâ, potentiâ, & auctoritate; Breſeus & Grangius turbido ingenio, & virulentiâ linguæ primùm ad cœptandam ſeditionem, mox ad obſidionem contumaciùs tolerandam populum erexerant. Et Miniſtri quidem patibulo ſuffiguntur. Helini verò gladio percuſſi. Sed non aliud ſupplicium ſpectantium oculos maiori miſericordiâ affecit, præteritæ fortunæ magnitudinem recordantium. Quippe tanta vanitas inerat illis hominibus; vt Egmondano ſe potentiâ ſuſtinuerint æquare. Cœptauerítne ſeditionem multitudo ad ſupplicij ſpectaculum conglobata, an cœptare credita fuerit, haut ſatis liquet: miles tamen circum theatrum poſitus, vt in tumultuantes impreſſionem fecit, paucíſque interfectis vniuerſos diſcuſſit.

Valencenenſium deditio quantò triſtior, eò velocius audita eſt per prouincias. In vnius huius ciuitatis fortunam intentis omnium

fusionem venirent. Tum iustâ irâ accensus Rex, militares copias ad vltionem instruxit. Et hinc metus quibusdam Proceribus, conscientiæ stimulo pulsatis; quia sectarijs indulgentiores fuerãt. Ex metu verò diffidentia nasci cœpit, non habẽtibus fidem verbis Gubernatricis, quam suis detraxerant. Quoad ad vltimũ Auriacus, vt vel inuito Rege incolumis esse posset, à sceptro defecit. Quem statim secuta est frequens nobilitas, deinde & populus. Nam (vt postea trademus) vtriusque patientiam Albanus iuxtà exasperauit, cùm alterutter tantùm plectendus fuerit, vt multitudini eriperet capita, quæ sequeretur in Regem: vel capitibus multitudinem, quã Regi opponerent. In summâ, tutissimum fuerat, suppressos tumultus in pace relinquere, non adeo inhonestis sopitos condicionibus, nec diutiùs mãsuris, quàm Regi libuisset. Nunquam enim prætextus desunt dominantibus, vt à tranquillis repetant, quod rebelles expressere. Hæc illius temporis sententia fuit. Quam nec affirmare, nec refellere sustineo.

ANNO M IↃLXVII. Gubernatrix victoriæ potita, non modicâ lætitiâ ferebatur. Quidquid virium sectarijs fuisset, illâ deditione videbat prostratum. Brederodium, & si qui præterea in armis erant, audebat despicere. Nam quid posset, rebelles admonuerat, claues se ciuitatum inuenisse iactitans. Itaque Billium in Hispaniam delegat, nunciaturum Regi de victoriâ, & vt in prouincias maturaret sine exercitu. Sectariorum res planè accisas. Nullóque se negotio totam breui prouinciam sub imperio, legibúsque habituram. Deinde religionem erigere adorsa, conuenticulis & concionibus, sectarijs vndique interdixit. Vniuersos ciues pro Rege ac religione obstringi iussit. Vulgi affectus cum fortunâ mutabantur. quod non aliter Principes, quàm ex successibus æstimat. Et semper ij meliores creduntur, quorum virtus timeri meruerit. Sectas quas tanto plausu populus exceperat, pari fastidio detestabatur. Pauci in Flandriâ, & nisi sectariorum peruicacissimi, iurisiurandi condicionem repudiauere.

Prætor eis arma ademit. Ministri præreptâ fugâ Antverpiam se contulere. Perculerat animos eorum Valencenensis exempli atrocitas. Et quod ipsis timendum foret, exspectare non audebant. Gandauum, Aldenarda, & Ipræ nouis cohortibus firmatæ. Et apud eos, qui sacramentum distulerant hospitia iussæ sunt accipere. Duæ aliæ cohortes Axellam missæ, quarum operâ in domandis Antverpiensibus vteretur Gubernatrix, & circumiecta regionum à nouitatibus abstraheret. Ecloa, Rotnacum, Deinsa, & si quæ alia opulenta municipia, ad Prætores Metropolitanos arma deferre iubebantur. Sectariorum templa euersa. Ac ne quod vestigium sceleris relinqueretur, ipsa etiam fundamenta eruebantur. Certantibus æmulatione populis, ne externus miles hanc laudem incolis præriperet.

In hac rerum facie, Auriacus quoque timidâ sollicitudine pulsabatur. Egmōdanum itaque rursus sollicitare constituit in partes; magnum indole virum, armísq; clarissimum.

Qui Gallicanis expeditionibus ita se semper gesserat, vt Albani prouidentia laudaretur magis, audacia Egmondani timeretur. Cùm Auriacus contra ciuili prudentiâ, & consilio insignis, armísque timidior, imperatorijs artibus vtrique concederet. Dicta est colloquij dies in Willebroeckio pago, non adeo procul Antverpiâ sito, quà Bruxellẽsis alueus Scaldi cõmittitur. Ibi rursus Auriacus Egmondanũ hortari cœpit, *vt nunc saltem admoneretur ad tutiora consilia imagine periculi. Et occupatâ aliquâ insigni prouinciâ, coniunctis viribus Albano resisterent, in vtriusq; perniciem accincto. Arma & consilia in expedito esse. Populi mobilem animum. Non defutura auxilia, si ducem se partibus ostenderit. Principem præteritis rebus infestum, & vindicem, nunc quidem fictæ beneuolentiæ speciem facere. Sed vbi prouincias exercitibus insederit, non illi, non Albano securitatem redituram, nisi sublatis capitibus, quibus præteriti furoris insaniam imputant. Hæc se crebris litteris ex Hispaniâ admonitum, & de salute eius sollicitum, non dubi-*

dubitasse denunciare: ne vir tantus infami caderet exitu, & vt piacularis victima Regis ira immoletur, spiritúmque, quem per virtutem retinere posset, per contumeliam effunderet. Eas voces Egmondanus segniùs quàm ante accepit. *Neque tantam Regi iracundiam,* referebat, *vt non maiorem in clementiâ illius fiduciam poneret. Penè peccare Auriacum, quòd in animum induceret tam nefandam perfidiam. Si quid eiusmodi moliri Rex vellet, nemini fuisse proditurum. De officio Procerum queri non posse, qui concionandi licentiam proteruis ademerint, Iconomachos iustis supplicijs affecerint, ferocissimos quósque sustulerint. Hæc esse beneficia in Regem sua, quibus vel gratiam sperare meruerit. Quod alioqui tantum suum delictum, vt in corpus suum peccare sustineat? Si tamen ille perseueraret irasci, ad vltimum se pro fide moriturum.* Paullatim inde Auriacus ad indignationem prolapsus; *age ergo*, inquit, *fidem ei vt voles serua, qui te perfidiâ suâ decipiet. Vter nostrum nimia*

misere ad Gubernatricem, potestati eius omnia permittentes. Nec ingratus Gubernatrici aduentus fuit. Quippe & huius vrbis obsidio magni operis videbatur. Itaque facto veniam dedit, splendido exemplo cæteras ciuitates inuitatura ad deditionem, clementiam eius doctas. Ministri tamen & seditionis auctores tradi iussi. Sed illi hoc ipsum metuentes in tempore excesserant. Presidio Traiecti relicto, Noircarmius Tornhautum mouit; quò propiore metu Antverpienses Siluæducensésque perculleret, & terrore virium reduceret ad reuerentiam maiestatis. Nam in omni populari tumultu plus fama, quàm vis potest. Megemus cum Frisicâ suâ legione eòdem contendit, Noircarmióque iunctus magnum terrorem cunctis inijciunt.

Inter hos dies grauior motus Siluæducenses concusserat. Ciues ex edicto Gubernatricis citabantur ad Sacramentum. Et erant qui præstarent. Cùm Bombergius suorum agmine stipatus processit in forum, clausásque curiæ fores vi perfregit. Nemo violentiæ ob-

ſtabat. Diuturna tyrannis reuerentiam pepererat. Ergo ſenatum ingreſſus ſupercilium ſuum verbis vlciſcitur; & quid hoc rei eſſet, quòd iniuſſu populi conſcientias obſtringerent, interrogat. Senatu contra fortiter loquente, vtrimque clamor oritur. Et concurſus vulgi ad certamen inſtructi, fiebat in curiam; cùm ſenatus furori ceſſit, iuſsâ multitudine ad ſua quemque redire opificia. Sic per aliquot dies quies ſtetit. Donec pauidi agreſtes, aduentum Noircarmij in vrbem referrent, conſternatúmque famâ populum, maiori terrore afficerent. Quippe Noircarmius popularium animorum haut neſcius, lento agmine Tornhauto mouebat, vt contumacibus daret pœnitentiæ ſpatium, atque ex ſeditioſorum manibus ſine ſanguine tela excuteret. Tum oppidani verſare animo cœpere, quanto ſuo cum diſcrimine exſpectarent exercitum. Neque mox parem conditionem habituros, ſi morâ deditionis perſeuerarent irritare victores. Valencenenſium ſupplicium in

oculis erat. Et Bombergiani passim marcebāt deposito supercilio. Faciliq; impetu, vt sunt vulgi studia, á multitudine destituebantur. Plurimi cum senatu sentire cœperant; cùm Bombergius, & ferocissimus quisque, vrbe excedunt. Nullòque factionis duce iam reliquo, tota respublica concessit in gremium optimatum: qui confestim quadringentos suarum partium ciues conscribunt in centurias. Petersemium, & Cancellarium liberos dimittunt, & trecentorum ciuium præsidio deducunt in regiam. Delegatos denique ad Gubernatricē destinant. Pollicentes se imperata facturos, modò ne cogerentur pręsidium accipere. Sed illâ conditionem omnē aspernante, rursus alios mittunt qui deditionem offerrent, in quam vniuersus populus sponte, aut metu iam consenserat. Noircarmius ciuitati præsidium imposuit, & Tornhautum rursus exercitum traduxit.

Siquidem Antverpienses defectione validissimarum vrbium, Procerumque in pacem conspiratione perculsi; simul abscisâ vndiq;

ſpe, remittebat ſenſim altiores ſpiritus, & haut obſcurè ciuium ſtudia nutare cœperant. Nec Gubernatricem fallebant illa conſilia. Proinde oſtentari potius obſidionē, quàm promoueri iuſſerat. Longè tunc alia ciuitatis facies. Quid de ipſis quoque ſtatueretur, ſi cōtumaces eſſe pergerent, propinquo Valencenenſium exemplo admonebantur. Redacti itaque ſunt ad ſummam deſperationem. Nec tacita conſternatio in omnium animis percipiebatur. Miniſtris impetus exciderat. Metus ſeditioſiſſimis furorem excuſſerat. Sciebat quoque magiſtratus, nihil ſalutarius, quàm pacem experiri, gaudebátque id ipſum non diſplicere ciuibus. Auriacus in priſtinâ ſimulatione perſeuerabat. Eóque auctore miſſi ſunt, qui Gubernatricem deprecarentur, datíſque conditionibus inuitarent in oppidum. Illa nec ſe pacem daturam, nec ante venturam reſpondit, quàm præſidium militare recepiſſent. Hæc in vrbem relata Miniſtris & ſeditioſiſſimis non ſatis arridebant, querentibus vnos ſe peti, daturos ſanguinem vindictæ

dictæ publicæ. Placuit tamen delegatos ad Gubernatricem rursus proficisci. A quâ tandem has condiciones accepere. *Ministros, apostatas, exules, cateró{s}que improba nota homines, finibus eijcerent. Illicitas conciones & ministeria tollerent. Religionem catholicam, & delubra restituerent. Sectariorum templa, si ita Regi videretur, diruerent. Noua non adificarent. Ciues sacramento Regi obstringerentur. Religionem quam vellent, sine fraude profiterentur. Miles à magistratu lectus, idem sacramentum acciperet. Incola obedirent legibus, qua de religione deinde ferrentur à Rege, vel sine fraude oppido cederent. Ad Iconomachos, perduelliones, reósque maiestatis hac pacta non pertinerent, nec diutius rata essent, quàm Maiestati placuisset.*

Dura profecto hæc omnibus videbantur: sed per fortunam recusare non poterant. Ad flectendas vulgi mentes magno momento Auriacus fuit. Non amore pacis, quam tunc potissimùm oderat, sed necessitatem æstimando obsequium præferebat. Tacito, quàm

professo odio semper perniciosior consilijs publicis. Aduentum Gubernatricis opperiri non ausus, Bredam se cum vxore recepit. Ibi paucos dies moratus, priuatorum negotiorũ obtentu in Nassouiã proficiscitur. Hoochstratanus, & Hornanus eum sequebantur. Post quæ, dimittitur per vicos præco, qui intra horas viginti & quatuor Ministros omnes excedere iuberet. Exulibus, apostatis, diaconis, senioribus, breuiter omnibus qui è Consistorio fuerant, triduum præstitueret. Tunc primùm tacita indignatio defixit sectariorum animos. Quid agerent, quid secum efferrent consilium præ metu defecerat. Compita & portas implebat continens migrantium agmen. Illi vxores & liberos tanquam vltimùm visuri amplectebantur. Hi secum in fugam trahebant. Iram Gubernatricis exspectare nemo audebat. Pars ad Brederodium in Hollandiam, pars in Germaniam proficiscitur. Magistratus interim sacramentum Regis accepit. Nec reliqua multitudo, mutari facilis, moram fecit. Quinque vrbanæ cohortes

exau-

exauctorantur. Cùm ſtatim turma equitum ſuperuenit ſubGubernatricis auſpicio.Sequebatur Erneſtus comes Manſveldius cum ſex peditum ſignis. Et poſt eum Carolus eius filius cum plenâ legione. Dein tria vexilla Beauuoiſius induxit. Cuius terga claudebat Lickij dominus, cum eâ centuriâ, quæ Gandaui per aliquot dies ſteterat. Miles tanquam in hoſtili ſolo iter fecit. glande ori inſerta ſclopos puluere onerauerat. Tum demum ſucceſsit Gubernatrix, ſuccincta mille admodum equitibus, armorum fulgore ſplendentibus. Proceres Dominam ſequebantur. Quidam è Finantijs & Priuatâ curiâ comitatum inſtruxerant. Noircarmius quoq; propius admouit exercitum, vt ſi tumultus in vrbe oriretur, in tempore adſiſteret. Armati pedites gemino ordine diſpoſiti, intrantem Dominā excipiebāt, deducebántque in hoſpitium quod publicè præbebatur. Animis ciuiū exſpectatione detentis, quid primùm actura eſſet, quatuor captiui repentè producuntur. Eos Brabantiæ prætor ex fugâ retraxerat. Cruce in foro erectâ ſeditioſum ſpiritum laqueo euomuere.

Nec

Docere illicita capital esto. Magistratus, prætores, visitatores bibliopolarum & typographorum diligentem rationem habento. Qui libros illicitos sæpius distraxerit, capite plectitor, cæteri pœnâ extraordinariâ. Tributa iniussu Regis ne imponuntor. Ne conferuntor. Qui secus faxit quadruplum restituunto, & arbitrio iudicis plectitor. Eleemosynarum collatione pauperes ad nouam religionem ne alliciunto. Qui ad legendum militem pecuniam contulerit capite luito. Conuenticulorum auctores rebelles habentor. Exules & apostatæ, vrbe excedunto, similiter & hi, qui in prouincias confluxerunt, sine vitæ testimonio. Catholicis vel sacerdotibus nemo iniurius esto. Sin secus, capite & amissione bonorum punitor. Nulli sua religio fraudi esto. Ecclesiasticis pareto. priscis legibus edictisque stato; quoad à Rege ex consilio Ordinum aliter statutum fuerit. Gubernatrici interim curæ fore, vt generalem gratiam Rex indulgeat. Post hæc sectariorum templa militibus prædæ dedit. Ciues arma sua ad ma-

ſalutem publicam redimi credentibus. Cùm econtrà paullò poſt Albanus, nullo neceſſitatis prætextu eadem augendo, res priſcas nouare, vímque Regiam intendere arbitraretur. Populo certè nimiæ libertati innutrito alijs artibus imponere debuerat. Omnia ipſe per externos agebat. Cùm id rectiùs prouinciales faciant. Qui faſtidita tributa non fauori, non libidini, aut ſceptro; ſed neceſſitati publicæ dare creduntur. Tantùm intereſt quid à quoquam, & quâ causâ fiat. Populus duci vult, non trahi. regi, non ſubigi. Nec refert quâ viâ, dum eo quo tendis, peruenias Ergo rebus in hunc modum Antverpiæ ſtaſtutis, comes Manſveldius ciuitati præficitur. Summâ beneuolentiâ populum continuit, nullâ remedij aſperitate laceſſitum.

Cùm interim in Flandriâ acerrimæ quæſtiones de noxijs haberentur. Ciuitates tanquam ſemet abſoluerent, vltione gaudebant. Multitudo metu perculſa impunè cõtemne-

batur. Nam & vis aderat imperium exercentibus. Ipris duo Ministri attolluntur in patibulum. Quibusdam spectatorum fremere ausis, circumfunditur miles, & intento ferro turbatos discutit. Cecidere multi ex plebe, & quidam innocentes in promiscuo discrimine. Nemo deinde ausus est obstrepere. Seditionum auctores per prouincias conquisiti varijs suppliciorum generibus afficiuntur. Ioannes Winghene & Bacquerelius, vitam laqueo finiere. Sectariorum quippe principes fuerant. Illi crimini datum, quòd Rotnacenses ad publicandas conciones Gandauum deduxerat. Hic verò Iconomachos in sacrilegium Aldenardæ redemerat, vt supra retulimus. Bona vtriusque fisco illata. Reliquum vulgus extrà periculum, quod alienâ magis insaniâ, quàm proprio ingenio deliquerat. Pro Rege tamen & religione iuramentum præstare iubetur. Iconomachi passim & vndique sine misericordiâ necantur. Infamati magis, quàm conuicti relegantnr in exilium. Replentur cruces cada-

ueribus, Germania exulibus. Nullâ tum quidem Gubernatricis inuidiâ, quandò omnia per magiſtratus agerentur. Nam & ipſi magiſtratus non iræ, aut ſæuitiæ imputabant ſupplicia; ſed vtilitati publicæ. Seditioſiſſimi quique iure putabantur damnari, tanquam ſceleribus ſuis promeruiſſent exitium, quod à proprijs ciuibus irrogabatur. Et hoc re verâ in eiuſmodi tempeſtate ſinceriſſimum eſt remedium, vt optimorum ciuium ſuffragijs delicta vindicentur. Qui à nutu Regis pendentes, ex vtilitate eius omnia conſtituunt. Et ſi quid ſeuerius fecerint, meritò facere videntur, ſine infamiâ, vel criminatione Principum. Et ſi dicere licet, famam Albani nihil magis onerauit, quàm quòd extraordinariâ ratione, & externis in conſilium adhibitis, in eadem facinora tam animoſè ſurrexerit. Pœnam remedij loco admouere non credebatur: ſed malis publicis ad occaſionem auaritiæ abuti, qui conſcientiam magiſtratuum ſuſpectans, extra ordinem iudicia inſtitueret. Quarum rerum

documenta apud antiquos multa recensere possem. Sed hæc commodiùs suo tempore. Igitur sectarij ad dandum sacramentum passim citabantur. Contumaces ademptis bonis in exilium acti. Et quia promiscua fuga fuerat, ne ciuitates incolis destituerentur, & ad externas gentes transirent commercia, fugitiuis eâ lege edicto publico reditus permittitur, si religioni Regique sacràmentum dicerent. Fuere qui præferrent exilium, fuere qui reuerterentur.

Cæterùm Lutherani tam infami proscriptione exulcerati apud Electorem Saxoniæ fortunas suas deflebant. *Nullâ culpâ prouocatam Gubernatricem maximas contumelias in se statuisse. Non se sponte concessisse in Belgium: sed communi consensu inuitatos. Ibi quoque in summâ magistratuum obedientiâ egisse, citra cuiuspiam iniuriam. Ciuitatem imperij Antverpiam esse. Vnde certè eijci non possent sine religionis suæ infamiâ, quæ non alia esset, quàm religio imperij. Quod ergo suum delictum? an quia pro catholicis*

 nuper

nuper armati, & ne violarentur, vitam suam obtulissent in discrimen, in quorum perniciem Caluinistæ surrexerant? At si pœniteret obsequij honestius saltem dimitti potuisse, quàm sub seditiosorum inuidiâ. Lutheranorum protectorem Electorem esse, eique potissimùm incumbere, vt innocentiam illorum velit adiutam. Hæc & plura in eam sententiam referentes: peruicere tandem, vt Oratores mitteret in Belgium. Quibus Gubernatrix, habito consilio, in hunc modum respondit. *Scitote me, quæ de religione constitui, nihil proprio fecisse iudicio. Regis imperium executa sum, quod sine crimine prætermittere non poteram. Cum illo igitur expostulandum est vobis. Prudentiùs tamen facturi, si eodem iure permittatis Regem frui, quo ipsi vtimini. Quid vobis cum nostrâ prouinciâ? quare vultis alijs regnandi modum præscribere, quem ipsimet à nemine accipitis? Quid in Germaniâ Vestrâ faciatis Regem non sollicitat. Religionem quam libet amplectimini. Paci publicæ,*

vt placet, consulite. Nemo deposcet à vobis rationem imperij. Relinquite, precor, Regi prouincias suas, in quas nemo principum ius sibi vindicat. Ille quidem religionem à maioribus traditam, & solemni sacramento sancitam retinere statuit. Bellum & omnia potiùs toleraturus, quàm libidini populari electionem sacrorum permitteret. Neq; enim videri ex maiestate, vt his malis tanquam impar, succumbat, ac libertatem indulgeat, quam vulgare non potest, sine sceptri discrimine. Quod & Illustrißimus Elector probè intelligit. Qui extra vnos Lutheranos sacrificandi licentiam nemini facit. Ministri ergò vestri quid queri poßint, non video. In pacem publicam serpentes, prouincijs exegi. In quas iniussu meo nouas religiones, & nescio quæ turbamenta ausi sunt adferre, & in quæstionem adducere, quâ ratione colenda sint numina. Vt in tantâ fidei varietate, nihil sacrum, nihil sanctum, nihil denique de superis certum populus credere assuescat: deinde viribus sceptri contumaciam suam conferat. Audiui-

diuiſſe vos arbitror, labefactatam ab his populorum fidem, deſcriptos exercitus, ſublata vexilla in Regem, parúmque abfuiſſe ab omnium pernicie. Quid ſi vires illorum hominum patientiâ noſtrâ adoleſcant, qui pacem ferre non poſſunt? Cum hoc reſponſo oratores dimiſſi ſunt.

Dum hæc Antverpiæ geruntur, Noircarmius interea cum totâ exercitus mole contendit ad ſubigendos eos, qui auerſabantur imperium. Arenbergius in itinere coniungitur ei cum ſuâ legione, & non modicâ Germanorum manu, quos ſub præfectis eiuſdem gentis, ij quibus imperatum erat, paullò ante in Belgium deduxerant. Brederodius multo armatorum præſidio Amſterdamum tenebat. Sed tolerandæ obſidioni imparem ſe exiſtimans, vxore atque omni inſtrumento, & pecuniâ nauigio impoſitis, fugam adornat. Profectio in Germaniam parabatur cum Coniuratis; militibus verò iuſſis ſibi quemque conſulere. Pecunia in ſtipendium deerat. Nec erat tutum

tot armatos, & in illum fortaſſe peccaturos, ſine ſtipendio dimittere. Circumiecta monaſteria prædæ data. Gaudebátque rapinis miles. Duces è Coniuratis erant. Qui & ipſi inſaniâ feroces, imparatos circa agreſtes vndíque diripiunt. Laſciuiebant ergo prædâ graues, expilato per vim Egmondano monaſterio, quod in illa regione habebatur lautiſſimum. Sed in tempore ſuperuenit Megemus. Primum exercitus agmen ducebat. Prægreſſúſque cum parte equitatus, eos omnes qui occurrerunt, fudit. Incondita turba erat, non imperio, non diſciplinâ inſtituta, neque aliter quàm in latrocinijs fortitudinem exercere ſolita. Multi incompoſitè fugientes occiſi. Alij refugiebant in ciuitatem. Plures longiùs terror abſtulit. Centum & ampliùs in æſtuarijs maris ſecurè prædæ incubantes, proteruntur ab equitibus, quos adeſſe necdum perceperant. Quinque naues Amſterdami ſtabant in anchoris, quæ ad fugam à Coniuratis conductæ, exſpectabant vectores. In has non

tan-

tantúm Couiurati, ſed & Miniſtri & exules & flagitioſiſſimus quiſque deſiliere. Nullòque iam partium duce reliquo, quia nihil magis Amſterdamenſibus, quàm deditio placuerat, delegati ad Megemum deſtinantur condiciones petituri. Quibus impetratis, intra mænia recepere præſidium. Brederodius propitijs vſus ventis Emdam appulit. Vnde ſe in Germaniam contulit. Vbi paullò poſt morbo ex mœrore contracto, extinguitur. Vna omninò nauis erat, quâ vehebantur Coniuratorum præcipui. Hæc Hollandiam Friſiámque inter, puluino deprehenſa, hærebat in breuibus. Quibus prora cumulis arenarum impedita, par eſſe non potuit. Caſu id acciderit, an irâ gubernatoris, ebriorum vectorum iniuriâ ſaucij, non ſatis conſtat. Et vtrumque traditur. Cæterùm Mulardus Arenbergij iuſſu fugitiuos perſequebatur cum quinque nauigijs. Quos cùm mirâ opportunitate comperiſſet ijſdem breuibus occupatos, ad deditionem compulit. Inditis vinculis Harlingæ in

Frisiâ carceribus mancipauit. Superueniẽs inde Arenbergius, de singulis quæstionẽ habuit. Eos qui arma in Regem tulerant, laqueo confecit. Nobilium sanguine abstinuit, Gubernatrici significans quid de his fieri vellet. Illa verò ad se perduci iussit. In septem gladio animaduertit. Reliquos septem altiori sanguine genitos, arctâ custodiâ Viluordiæ habuit. In his duo fuere Battenburgij, fratres admodum iuuenes, Hermannus Galama, & Sieurtius Bayma Frisij generis. Octo & triginta è captiuis, ad Wackemij dominum, eâ tempestate Zeelandiæ præfectum vincti mittuntur: vt de singulorum sceleribus ille cognosceret, traderétque supplicio. Flandri omnes erant, aut fugitiui, aut proscripti. Apostatæ laqueo necati sunt, reliqui catenis constricti alligantur remigijs.

Omnes iam prouinciæ in gremium Gubernatricis concesserant. Albanus tamen, tanquam manente adhuc bello iter instruebat. Septendecim Hispanorum cohortes nouis delectibus effecerat. Eas omnes Cartagini

ni Nouæ imponit in naues. Quippe Andreas Auria triginta triremium classem in portum deduxerat. Rege deinde protenus salutato, v. Id. Maij soluit á littore. In itinere febriculâ correptus Nicæam diuertit. Ibi curandæ valetudini quatriduum insumens, septimo demum, postquam nauigare cœperat die, Genuam appulit. Classis in portum appulsa exposuit militem. Ex his quatuor cohortibus Sardiniensi legioni in supplementum adiectis, cæteræ per Insubriam in præsidia distribuuntur. Albanus paucorum dierum interuallum Genuæ traxit, prodagrâ inualidus: sed tolerandæ moræ impatiens numerum copiarum iniri iussit. Hispanorum peditum octo millia, sexcenti & octoginta censi traduntur. Alfonsus de Vlca Neapolitanæ legioni præpositus duo millia, ducentos & triginta habebat. Decem vexilla Iulianus Romero ex Siciliâ traduxerat. Totidem Sanctium de Loudogne ex Insubriâ sequebantur. Octingenti ex Sardiniâ appulerant, quibus tyrones illi, vt ante diximus, permixti, mille

ſexcentos & viginti milites explebant. Gonſaluus de Bracamont ijs præerat. Hæc pedeſtris acies, & veteranorum propè tota. Mille & ducentos numerus equitum impleuerat. Hiſpanorum cataphractorum duæ turmæ, quinque ex eâdem gente leuis armaturæ. Itali tres, duas turmas Albani leuiter armati explebant. In hunc modum recenſitos, Sancto-Ambroſium pergere iubet. Vrbs hæc ſita eſt in radicibus Alpium, Italiam à Germaniâ, Galliâque ſeparantium immani faſtigio. Albanus Turinam profectus, aliquot dies fuit cum Sabaudiæ Duce. Inde ad pręmiſſum exercitum ſe recepit, & per Alpium anguſtias iter inſtituit. Acies hoc modo proceſſit, in tres partes diſtincta. Frontem Albanus tuebatur, ſpeculatores qui explorarent iter ſubinde pręmittens. Neapolitanicam legionem & cataphractos Hiſpanos ſibi applicuerat. Quos Itali antecedebant leuiter armati, ſimul itineri parati, & prælio. Medium agmen curabat Fredericus à Tolledo Albani filius. Inſubricam legionem habebat,
&

& Hiſpanorum equitum quatuor turmas. In hoc impedimenta vehebantur. Tergum exercitus Sicula, & Sardinica legio cum Albanis equitibus conſtituebant. Præerat huic Chiapinus Vitellius Marchio Cotonæus, magni in Italiâ nominis, manu promptus, bellóque clariſſimus. Arcta erat ſemita, & occurrentibus ſæpe rupibus inclemens, quæ paucos admodùm caperet armatos. Viam tamen ſic diſpenſauerant, vt in ſtatiua, quæ primum agmen habuiſſet, ſequenti die ſecundum ſuccederet. Poſt alterum diem tertium agmen perueniret, ijſdem ſtatiuis vſurum. Hoc modo exercitus deſcendit in profundiſſimam vallem, exiguâ planitie procumbentem in flumen, cuius fons per prona magno ſtrepitu aquarum decurrens, paruo alueo vehitur, donec Iſeræ commiſſus, haut aliter quam ponte traijcitur. Latera vtrimque aſperis, præruptíſque rupibus clauduntur, cacuminibus in immenſam altitudinem ſurgentibus, humano negatis veſtigio. Hac ſemitâ Annibalem Romanis bellum inferentem, prorupiſſe

pisse volunt in Italiam. Neque dubium, quin in his angustijs deprehensus Albani exercitus debellari potuerit, si extitisset, qui modicâ manu resisteret in vlteriori ripâ, transitu prohibiturus. Vbi non solum cum hoste, verùm etiam cum iniquitate loci præliandum erat, qui tantam multitudinem redegisset ad paucitatem. Vnde sine pernicie, ac nisi victores recipi non poterant. Nam si reuerterentur quà venerant, eos ibi deprehendisset inopia rerum omnium, famésque ferro acutior, consumptis alimentis, quæ sterilitas loci suppeditare non poterat. Quippe statiua sic instructa commeatibus fuerant, vt non nisi in vnam noctem toti exercitui cibaria sufficerent. Sed continua felicitas exercitum decimis quartis statiuis in Burgundiam perduxit. Ibi quatuor turmæ, nuper conscriptæ, Albano iunguntur. Militem sociorum terram permeantem, egregiâ seueritate & disciplinâ continuit. Flagitiorum militarium insignis vindex, atque implacabilis peccantibus. Quod etiam inter laudes eius à

con-

contrariarum partium ſcriptoribus numeratum eſt. Qui tamen ex odio, atque irâ famam illius diuiſere mortalibus. Cogitaueritne Geneuenſes Caluiniſticæ ſectæ artifices & propugnatores ad deditionem compellere, & hoc ipſum cum Sabaudo agitauerit, equidem neſcio. Vtrumque tamen calumniatus eſt rumor. Nec Geneuenſes solùm multo præſidio vrbem compleuerant: ſed & Heluetij montibus ſuis egreſſi, ingenti multitudine fines inſederant. Gallus quoque ſubitis delectibus multùm militum effecit, Heluetiorũ ſexmillibus mercede conductis. Quacumq; incedebat Hiſpanicus exercitus, paribus ipſe paſſibus obequitabat in confinio regni, lateríq; Albani ſuum admouebat exercitum. Sic tandem in Lotharingiam, atque inde in Belgium peruentum eſt.

F I N I S.

HISTORIA Belgica, quam ab ANNO CHRISTI M.D.LVIII. Nobilis atque Clarissimus vir, Dominus NICOLAVS BVRGVNDIVS I. C. & Codicis in Vniuersitate Jngolstadiensi Professor Ordinarius concinnauit; quia nihil Fidei Orthodoxæ, vel bonis moribus aduersum continet; adeóque concinnè ac eleganter conscripta est, vt lectu non vtilis minus, quàm iucunda futura videatur: typis & luce publicâ digna esse videtur.

Ita censeo.

Nomine atque loco Admodum Reuerendi & Spectabilis Domini Decani Theologici.

Leo Menzl. S. Theolog. D. Prof. & Vniuersitatis Ingolstad. Procancellarius, &c.



Errata.

Aliquot accentus irrepsere super aduerbijs vitio correctoris. Vtputa pag. 2. lin. 9. supr. verbum nihil, sæpius, olim & similia. pag. 28. lin. 14. lege volumus. pag. 71. lin. 19. dele; pag. 81. lin. 10. insolitâ. pag. 92. lin. is. post verbum retinetur, pag. 102. lin. penult. contemplatione. pag. 137. expungendæ sunt tres primæ lineæ. pag. 158. lin. 6. eradicaturos. pag. 190. lin. 11. erat. pag. 191. lin. 4. & 10. item pag. 121. anabaptistæ. pag. 200. lin. 3. Sonnius. pag. 221. lin. 2. merituros. pag. 223. lin. 6. obstrictis. pag. 241. lin. antepen. denique. pag. 279. in fine flagitiosum. pag. 319. lin. 11. Gubernatrix. pag. 323. lin. 6. peruertere. pag. 342. lin. vlt. munia. pag. 334. lin. 4. Caluinistæ. pag. 346. lin. 20. sapienter. pag. 549. regionibus. pag 358. lin. 11. structas. item lin. 19. dominio. pag. 365. lin 8. integra. pag. 379. lin. 12. emanare. pag. 381. in fin. confidentibus. pag. 392. lin. 3. iter. pag. 425. lin. 3. Maseicenses. item in carmine præliminari disticho 1., loco faueas lege Astræa item pag. 418. lin. 6. centum pag. 421. lin, vlt. hominum pag. 448. Caluinistis pag. 454. lin. vlt. post Gandaui dele punctum. 456. lin. 10. auriacus. pag. 463. deijcitur.